Universitätsbibliothek Paderborn

# Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

Sessio XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

Visual Library

mam facultatem habentium expreſſa licentia ſequeſtrant, vt expreſsè habetur in eadem Bulla *can.*18.de qua excommunicatione vide Nauarr.*in man.cap.*27.*ſub num.* 79.*verſ. decima ſeptima*, Iacob. de Graff. *in aureis deciſ.p.*1. *lib.*4.*c.*18.*num.* 130. aliàs *c.*144. Sayr. *de cenſur.lib.*3.*cap.*21. Anton.de Souſa *in relect. Bullæ Cœnæ ca.* 18. Duard.*lib.*2.*in canon.*17.Soar.*d.tom.*5.*diſp.*21.*ſect.*2.*num.*95.*cum ſeqq.* Bonacin. *de cenſur. Bullę in Cęna Domini diſp.* 1. *q.* 18. *a princ.* Octau.Glorit.*reſp.*12.*num.*7.

3\. *α Iuriſdictiones.*] Ligari quoque cenſura Bullæ *in d. can.* 18.qui iuriſdictionem quamcunque ſibi vſurpat, ſaltem ſi illam vſurpet tanquam propriam, & ad ſe pertinentem & modò iuriſdictio quam vſurpat pertineat ad perſonas eccleſiaſticas ratione Eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum eccleſiaſticorum, reſoluunt Soar. *d. diſput.* 21.*ſect.*2.*num.*95.Duard.*d.can.*17.*quæſt.*3.*num.* 13. Filliuc. *tract.*16.*cap.*8.*quæſt.*10.*num.*219.Anton.de Souſa *d.cap.*18. *diſp.*86.*num.*2.Bonacin.*d.q.*18.*puncto* 2. *num.* 3.

4\. *β Fructus emolumenta*, &c.] Surripientem, vel iniquè ſequeſtrantem fructus alicuius beneficij, affici excommunicationem huius decreti, etiamſi beneficium vacet, reſoluunt Soar.*d.diſp.*21.*ſect.*2.*num.* 98.Duard.*d.can.*17.*quæſt.* 2.*num.*1. *verſ.*5. *& ſexto*, Bonacin. *d.quæſt.* 18. *puncto* 4.*n.*9.

5\. Quotidianas diſtributiones iniquè ſequeſtrantes, vel vſurpantes affici cēſura huius decreti, quia faciunt actiones, quibus excommunicationis pœnam Concilium adiunxit, tenent Duard.*d.can.*17.*q.*4.*num.*12.*cum ſeqq.* Bonacina *d.quæſt.*18. *puncto* 4.*num.* 8. *& de horis canon. diſp.* 2.*q.*2. *puncto* 1.*num.*2.

6\. Vſurpantem glandes, oleas, ſyluas cæduas, fœnum, triticum, vuas, penſiones domorum, vel prędiorum, cenſus, decimas, & alia ad eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, monaſteriorum, vel beneficiorum pertinentia, ligari cenſura Bullæ in Cœna Domini, quia hæc omnia nomine fructuum, redditūum, & prouentuum continentur, ex Alter. Duard, & Vgolin. reſoluit Bonacin. *d.diſp.*1.*quæſt.*18. *puncto* 2.*num.*8.

7\. Vſurpantem verò fructus, quos Sacerdos percipere ſolet ex bonis patrimonialibus, ad quorum titulum promotus eſt ad ſacros Ordines, non obſtringi excommunicatione Bullæ, quia iſti fructus non competunt illi ratione Eccleſiarum, vel beneficiorum eccleſiaſticorum, tenere videntur Nau.*d.c.*27.*num.*71.*verſ.ſexa*, Sayr.*d.lib.*3.*cap.*21. *num.*4. Anton.de Souſa *d.cap.*18. *diſp.* 86.*num.* 3. Filliuc.*d. tract.*16.*cap.*8.*num.*218.*quæſt.*9.Bonacin. *d. quæſt.* 18. *puncto* 2.*num.*23.vbi *num.* 25. idem ſentit de fructibus pertinentibus ad Sacerdotem ratione Altaris, ſeu Capellæ, cuius titulum ipſe non habet, & *num.*26.ſubdit vſurpantes, vel ſequeſtrantes fructus beneficij eccleſiaſtici, quod alter beneficiarius conduxit, non affici hac excommunicatione, quia non dicitur vſurpare fructus pertinentes ad perſonam eccleſiaſticam ratione beneficij, ſed ratione contractus conductionis.

8\. Vſurpantem fructus, redditus, vel prouentus beneficij vacantis incidere in excommunicationem Bullæ, tradunt Nau. *loco proximè citato*, Soar.*d.diſp.* 21. *ſect.*2.*num.*97. Valer.Reginal *d.lib.*9. *cap.*25.*num.*372.*verſ.tertium eſt.* Filliuc.*d.tract.*16.*num.*217.Duard.*d.can.*17.*quæſt.* 12. Anton. de Souſa.*d.c.*18.*diſp.*88.*num.*2.Bonacin.*d.puncto* 2.*num.*31.

9\. Eum, qui clerico tantum ex fructibus beneficij ſubtrahit, quantum reſpondet ſuo credito, non affici cenſura Bullę modò ſummam ſui crediti non excedat, reſoluunt Nau.*conſ.*31.*de ſent.excom.* Alter. *lib.* 5 *diſp.* 18.*cap.*1.*col.*4. *verſ.hinc ſequitur*, Filliuc.*d.tract.*16.*cap.*8.*quæſt.* 11.*num.*227. Bonacin.*d.q.*18.*puncto* 3.*num.* 6.

10\. Cædentem arbores alieni beneficij, ſibique illas vſurpantem, vinculo excommunicationis huius decreti innodari, quia præſtat hoc faciendo actionem in Concilio prohibitam, tradit Bonacin.*d.quæſt.*18.*puncto* 4. *ſub num.*4. vbi *nu.*5. ſubdit quod ſi ipſemet beneficiarius, qui beneficium legitimè poſſidet, arbores etiam frugiferas incidat, & illas ad proprium commodum conuertat, non ligatur excommunicatione huius decreti, tum quia licet beneficiarius peccet incidendo, non tamen peccare videtur inciſas recipiendo, nam arbores inciſæ videntur fructus beneficij, conſequenter beneficiario cedere debent, licèt ob perpetratum ſcelus grauiter puniendus veniat, tum quia Concilium in hoc decreto intelligitur de extraneis, non verò de poſſeſſoribus beneficiorum, qui extranei non ſunt, & addit ſic fuiſſe deciſum, quod etiam teſtatur Filliuc.*d.quæſt.*11. *num.*225.

11\. Rectores piorum locorum cædentes arbores frugiferas, illàſq; in proprios vſus conuertentes cum damno locorum piorum incidere in excommunicationem huius decreti referunt deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcientię, verb bona pag.*27.Bonacin.*d.diſp.* 1. *quæſt.* 18. *puncto* 4.*num.*7.vbi ſecus dicendum ait, ſi arbores frugiferas cædant, ſed in proprios vſus non conuertant.

12\. Vt quis incidat in excommunicationem latam in hoc decreto, & in Bulla Cœnæ Domini contra occupantes bona Eccleſiæ, an requiratur vt habeat ſcientiam quòd prædicta bona occupata ſint Eccleſiæ? vide Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep.Neap.p.*4.*dec.*51. vbi *dec.* 303. oſtendit qualiter hæc ſcientia probetur.

13\. *γ Quòd ſi eiuſdem Eccleſiæ patronus*, &c.] Iurepatronatus priuatum eſſe ipſo iure patronum capientem aliquid de bonis Eccleſiæ ſui iuriſpatronatus, ſiue per ſe, ſiue per ſuppoſitas perſonas, & incurrere excommunicationem cum reſeruatione, de qua in hoc decreto, tenet Galet. *in margarita caſuum conſcient.verb.iuſpatronatus pen.* quem refero *in collect.ad c.præterea num.* 3. *de iurepatr.*

14\. Patronum ſe ingerentem in perceptione fructuum beneficij patronati, aut bona ipſius vſurpantem priuatū eſſe ſtatim iurepatronatus, reſoluit Franciſc. Leo *in theſauro fori eccleſ.p.*2.*c.*21. *num.* 31.

15\. *δ Inhabilis efficiatur.*] Vſurpantem iniuſtè bona eccleſiaſtica, aut vſurpanti conſilium, auxilium, vel fauorem præbentem eſſe inhabilem ad omnia beneficia eccleſiaſtica, & ſolùm Papam diſpenſare aſſerunt Nau. *in man. c.*23.*num.*110.vbi Bullam Pij V. refert, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.*30.*tract.* 3. *num.*254. *in fine*, Molfeſ. *in ſum.Theolog. moralis tract.*6.*c.*7.*num.* 39.

## *S E S S I O X X I I I.*

## Vera & Catholica doctrina de Sacramento Ordinis.

VIDE de hoc Sacramento Theologos *in* 4. *diſt.* 24. vbi S. Thom. Sot. Durand. Bonauent. Palud. & Riccard. Armil. Silueſt. & alios Summiſtas *verb. Ordo*, Martin. Fornar. *in tract. de Ordine*, Viuald. *in candelab. aureo, tit. de ſacramento Ordinis*, Petrum Martyr. Epiſc. Elnen. *in ſuo director. Curator. tit. de ſacramento Ordinis*, Henriquez *in ſumma lib.* 10. *de Ordinis ſacramento*, Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Ordo*, Valent. *to.* 4.*diſp.*9. Vaſquez *in* 3.*part.tom.*3.*diſp.*235.*cum ſeqq.* Petr. de Ledeſma *in ſum.p.*1.*de Sacram.* vbi de Sacramento Ordinis, Zerol. *in praxi Epiſcop.p.*1.*&* 2.*verb.Ordo*, Piaſec. *in ſimili prax. p.*1.*c.*1. Galet. *in margarita caſuum conſcient.verb.Ordo*, Scip. de Rubeis *in aphoriſm. Epiſcop. eod. verbo.* Barthol. Gauant. *in Enchirid. ſeu manuali Epiſcop. eodem verbo.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. Ægid. de ConincK *de Sacram. tom.*2.*diſp.*20. Fernand. *in examine Theologię moralis p.*3.*cap.* 11. *per tot.* Balduin. Iun. *ſuper opera controuerſiarum Bellarm. p.*2.*lib.*5.*cap.*3. Bonacin. *de Sacrament. diſp.* 8. Galganet. *de iure publico lib.*3.*tit.*98. Vgolin. *de officio Epiſcopi ca.* 26. Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.* 1. *cum multis ſeqq.* Thom. Valaſc. *tom.* 1. *allegationum ſuper varias materias allegat.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*allegat.1.cum ſeqq.* Fr.Ludouic. Miranda *in man.Prælat.p.1. quæſt.38.cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moralis tract.2. de Sacrament.Ordinis*, Filliuc.*in quæſt. moral. tract.* 9. Anton. Raguc. *in lucerna Parochorum, tit. de Sacramento Ordinis*. Villalob.*in ſuum.part.1.tract.*11.Laurent.de Portel.*in dub. Regul.verb.Ordines ſacri*, Hiero.Roderic.*in compendio quæſt. reg.reſol.*106.*de Ordinibus ſacris*, Alzedo *in praxi Epiſc. p.2. c.5.de ordinat.* metipſum *de officio,& poteſtate Epiſcop.part.* 2. *alleg.2.cum ſeqq.* nouiſſime Iulius Ceſar Madius *de ſacris Ordinib.*& Philib. Marchin. *de Sacrament. Ordinis* Torreblanca *in practicab.iuris ſpiritualis lib.2.c.12.cum ſeqq.* Hurtado *de Sacrament.tom.2. tract.de Ordine.*

## *Sacrificium, & Sacerdotium in quod vetus translatum eſt à Chriſto Saluatore noſtro inſtitutum.*

### CAPVT PRIMVM.

1 *Ordinis Sacramentum à Chriſto inſtitutum.*
2 *Euchariſtia, ſacrificium cur.*

SAcrificium,& Sacerdotium ita Dei ordinatione coniuncta ſunt,vt vtrumque in omni lege extiterit. Cum igitur in nouo Teſtamento α *ſanctum Euchariſtiæ ſacrificium* viſibile ex omni inſtitutione Catholica Eccleſia acceperit, fateri etiam oportet, in ea nouum eſſe viſibile, & externum ſacerdotium, in quod vetus translatum eſt,hoc autem ab eodem Domino Saluatore noſtro inſtitutum eſſe, atque Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus in ſacerdotio, poteſtatem traditam conſecrandi, offerendi, & [a] miniſtrandi corpus,& ſanguinem eius,necnon & peccata dimittendi, & retinendi, ſacræ litteræ oſtendunt,& Catholicæ Eccleſiæ traditio ſemper docuit.

a Matt. 26. Mar 18. Ioan.20.

1. VIde Victor.*de Sacrament.num.*226.Valent.*tom.* 4. *diſp.* 9. *quæſt.1.puncto* 4.Vaſq.*in* 3.*p.to.*3.*diſp.*239. Henriq. *in ſumm.lib.*10.*in proœm.*§.2.*littera M.& c.*3.§.6.Sayr.*de Sacrament.in genere lib.*2.*q.*3.*art.* 1. *verſ. de Sacrament. Ordinis*, Piaſec.*in praxi Epiſcop.p.*1.*c.* 1.*de conferend.Ordin.nu.* 1, *pag.* 25.Valer.Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.*30.*à nu.*3. Ægid. de ConincK *de Sacrament.to.*1.*q.*83.*nu.*106. Bonacina *eod. trac.diſp.* 8.*quæſt.vnica puncto* 1.*n.* 7.Campan.*in diuerſ. iuris canon.rub.*2.*num.*3.Filliuc.*in quæſtion.moral.tom.*1.*tract.*9.*c.*1. *num.*3.Torreblanca *in practicab.iuris ſpiritual.lib.* 2. *cap.* 1. *num.*45.*& cap.*12.*num.*34.metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.* 2. *alleg.*2.*num.*2.

2. α *Sanctum Euchariſtiæ Sacrificium.* ] Dicitur *Sacrificium*, quia ad vſum ſacrificandi eſt inſtitutum,vt per Greg.de Valent.*to.*4.*diſp.*6.*q.* 11. *puncto* 1. *q.* 1. quem refert Torreblanca *de iure ſpirit.lib.*2.*c.*7. *num.*3.

## *Ad venerationem tanti Sacrificij ab initio Eccleſiæ fuerunt in vſu ſeptem Ordines, quorum alij ſunt alijs maiores, ita vt ſubdiaconatus referatur inter maiores.*

### CAPVT II.

1 *Prima Tonſura an ſit Ordo.*
2 *Ordo ſacerdotalis eſt verũ, & proprium nouæ legis Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum.*
3 *Diaconatus Ordo non ab Apoſtolis, ſed à Chriſto inſtitutus fuit.*
4 *Subdiaconatus Ordo à Chriſto Domino inſtitutus.*
5 *Subdiaconatus in primitiua Eccleſia Ordo ſacer nõ reputabatur.*

CVm autem diuina res ſit tam ſancti ſacerdotij miniſterium, conſentaneum fuit, quo dignius, & maiori cum veneratione exerceri poſſet, vt in Eccleſiæ ordinatiſſima diſpoſitione plures, & diuerſi eſſent miniſtrorum Ordines, qui ſacerdotio ex officio deſeruirent,ita diſtributi, α *vt, qui iam clericali Tonſura inſigniti eſſent,per minores* ad maiores aſcenderent Nam β *non ſolùm de Sacerdotibus*, [a] γ *ſed & de Diaconis* ſacræ litteræ apertam mentionem faciunt, & quæ maximè in illorum ordinatione attendenda ſunt grauiſſimis verbis docet, & ab ipſo Eccleſiæ initio ſequentium Ordinum nomina, atque vniuſcuiuſque eorum propria miniſteria, δ *Subdiaconi ſcilicet.* Acolythi, Exorciſtæ, Lectoris, & Oſtiarij in vſu fuiſſe cognoſcuntur,quamuis non pari gradu, ε *nam Subdiaconatus ad maiores Ordines* [b] à Patribus,& ſacris Concilijs refertur, in quibus & de alijs inferioribus frequentiſſimè legimus.

a 1.Tim.3. & Act. 21.

b Cap. nullus 2.60. diſt.

1. VIde Sanch. *in conſil. moral. tom.*2. *lib.*7. *cap.*1. *dub.*1. *num.*6.

α *Vt qui iam clericali Tonſura inſigniti eſſent per minores, &c.* ] Ex his verbis colligi videtur primam Tonſuram non eſſe Ordinem Eccleſiaſticum, ſed deſignationem quandam ad Ordines,neque in ea vllam ad ſacrificium Miſſæ,ſeu miniſterium Altaris conferri poteſtatem. Ita ex hoc loco colligunt Echius *in* 4 *diſt.*24.§.4. Vaſq.*in* 3.*p. tom* 3.*diſp.*136.*cap.*1.*à princip.* Azor.*inſtit.moral.par.*2. *lib.*3. *c.*27.*q.*3.Paul.Comitol.*reſponſ.moral.li.*1. *quæſt.*48.*num.*11. qui aiunt relata verba huius cap.ſatis demonſtrare Tonſuram diſtinctam eſſe à reliquis Ordinibus, Bonacin. *de Sacrament.diſp.*8.*quæſt.vnica puncto* 1.*num.*6.Martin.de Leſma 2.4.*quæſt.*39.*art.*2.S.Raym.*lib.*3. *ſua ſumm.ſub tit.de ætate* §.13.Iacob.de Graff.*in aur.deciſ.p.*2.*lib.*1.*cap.* 9. *à nu.* 5.Armil.*verb.Ordo num.*2.Suar. *de Sacrament. diſp.* 1. *ſect.*2. *& tom.*2.*de Relig.lib.*4.*de Horis canon.cap.*9.*num.*5. Domit. Chamerot.*de Sacram.tract.*11.*de ſacro Ordine cap.*1.*dub.*1. *verſ. prima verò Tonſura*, Homobon. de Bonis *de humanæ vitæ ſtatibus part.*1.*c.*20.*& tract.*3.*de exam.Eccleſ.q.* 4.Valer. Regin. *in praxi fori pœnit.lib.*30. *tract.* 1, *nu.*5. Molfeſ. *in ſumm.Theologiæ moral.tract.*2.*cap.*1.*n.*31.*& cap.*3.*à n.*14.Filliuc.*tom.*1.*tract.*9.*num.*13. Sanch. *in opuſc.moral. lib.*7. *cap.* 1.*dub.*6.Marchin.*de Sacrament.Ordinis tract.*1.*part.*1, *cap.*5. *cum ſeqq.* Marcel. Vulpe *in praxi Iudic. fori Eccleſ. cap.* 7. *num.vlt.verſ. ſunt autem.* Hurtado.*de Sacrament.tom.*2.*trac.*

de

*de Ordine diffic.* 2. Paul. Layman. *in Theolog. morali lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 3. Con. *lib.* 1. *var. cap.* 10. *num.* 15. Sebaſt. Cæſ. *in relect de Eccleſ. hierarchia quæſt.* 3. *proœm* §. 1. *num.* 7.

Contra gloſſ. magnam *verb. Epiſcopus, in proœm. Sexti,* Hoſt. *in cap. cùm contingat, de ætate, & qual.* Abb. *in c.* 1. *num.* 6. *de vita & honeſt. cleric.* Felin *in cap ſicut pro certo num.* 2. *de ſimon.* Gemin. *in cap. cleros, & ibi* Præp. *num.* 4. *diſt.* 21. Sylueſt. *in ſumm. verb. Ordo* 1. *num.* 1. Albert. Troci, *de vero & perfecto clerico lib.* 1. *cap.* 2. Lambertin. *de iurepatron.* 1. *part.* 2. *lib. quæſt.* 7. *art.* 2. Hieron. Gabr. *conſil.* 181 *p.* 3. *lib.* 2. Mandoſ. *in reg.* 24. *Cancel. quæſt.* 1. *num.* 2. Nauarr. *conſil.* 11. *num.* 1. *&* 3. *de tempor. Ordin.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verb. l eſis num.* 104. *C. de in integr. reſtit. minor.* Mendez de Caſtro *in l. cùm oportet, num.* 166. *C. de bonis quæ lib.* Viuian. *in praxi iuriſpatr. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 3. aliàs *num.* 9. *in vltim. impreſſ.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.* 2. *num.* 6. Nicol. Garc. *de beneſic. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 2. Nicol. Plouæ. *in tract. de Sacram. part.* 6. *cap.* 1. *num.* 3. Ioan. Lop. *in tract. de libertate Eccleſ. part.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 3. Marc. Anton. Cuch. *inſtit. canon. lib.* 1. *tit.* 3. Fului. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 34. *num.* 8. Cardoſ. *in praxi Iudicum verb. Sacramentum Ordinis num.* 3. Torreblanca *de magia lib.* 4. *c.* 6. *de los clerigos de Corona à nu.* 15. Iul. Cæſ. Madius *de ſacris Ordinib. c.* 2. *num.* 8. Thom. Valaſc *tom.* 1. *alleg.* 3. *num.* 8. Marta *voto* 14. *à num.* 2. Idem Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 16. *cum ſeqq.* exiſtimantes primam Tonſuram eſſe Ordinem. Verùm Rota non tenet opinionē Theologorum, qui negant primam Tonſuram, & Epiſcopalem dignitatem eſſe Ordines, ſed ſequitur magis communem, & receptam opinionem Canoniſtarum, quod clericalis character inter Ordines Eccleſiaſticos connumeretur, & quòd eſt character indelebilis. Ita ipſamet Rota, *deciſ.* 731. *num.* 5. *&* 6. *p.* 1. *diuerſor.* & coram ☞ Gregor. XV. *dec.* 516. *& in vna Cæſaraugustana coram Card. Lancelloto,* relata per Picum *ad Statuta vrbis deciſ.* 2. *num.* 13. *& in Ferrarien. penſionis* 14. *Iunij* 1624. *coram Remboldo,* & in alijs citatis per Theodoſ. de Rubeis *in ſingularibus Rotæ p.* 2. *verb. Ordines Eccleſiaſtici pag.* 74.

2. *β Non ſolùm de Sacerdotibus.*] Ordinem ſacerdotalem eſſe verum, & proprium nouæ Legis Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum, ex multis rationibus, & SS. Patrum teſtimonijs, probant Capreolus *in* 4. *diſt.* 24. *q.* 1. Cardin. Bellarm. *tom.* 2. *lib.* 1. *de Sacrament. Ordinis ex cap.* 2. Valent. *tom.* 4. *diſput.* 9. *gener. q.* 1. *puncto* 4. *in princ.* Vaſq. *tom.* 3. *in* 3. *part. diſput.* 239. *cap.* 1. Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunit. lib.* 4. *cap.* 3. *à num.* 31. Aegid. de ConincK *diſp.* 20. *de Sacrament. Ordinis dub.* 1. Ochogau. *tract. vnic de Ordine q.* 5. *num.* 1. Scribon. *in theoſim ſiue de Sacrament. diſput.* 7. *de Ordine q.* 4. Fillinc. *in quæſt. mor. tract.* 9. *cap.* 1. *q.* 6. *&* 7. *& cap. in nouo* 21. *diſt.* ibi, *à Petro ſacerdotalis cœpit Ordo,* intelligitur de Ordine Epiſcopali, cùm enim Petrus primus fuerit Epiſcopus conſecratus à Domino, in hunc ſenſum Epiſcopalis Ordo ab ipſo dicitur cœpiſſe, vt interpretantur Cardin. Bellarm. *tom.* 1. *de Romano Pont. cap.* 23. Henriq. *in ſumm. lib.* 10. *cap.* 3. §. 4. Vaſq. *de Ordine diſp.* 236. *cap.* 10. *& diſp.* 239. *cap.* 1. Aegid. de ConincK *d. diſp.* 20. *dub.* 4. *num.* 25. Lorin. *in acta Apoſtol. cap.* 4. *verſ.* 5. *verſ. ex eadem,* Iuſtinian. *tom.* 1. *in Paulum diſp.* 1. *c.* 7. *num.* 4. *cum ſequentibus.*

*γ Sed & de Diaconis,* &c.] Diaconatus Ordinem non ab Apoſtolis, ſed à Chriſto inſtitutum fuiſſe meritò ſuſtinent Mich. Medina *lib.* 1. *de continent. cap.* 26. Vazq. *tom.* 3. *diſp.* 236. *c.* 4. *nu.* 49. Ochogau. *de Sacrament. Ordinis, tract. vnic. q.* 3. *num.* 8. Ægid. de ConincK *d. diſp.* 20. *dub.* 3. *num.* 13. Paul. Layman. *in Theolog. morali lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 4. *num.* 4. Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. Diaconus* 23. *diſt.* Hurtado *de Sacrament. tom* 2. *tract. de Ordine diffic.* 8. *verſ. ad quartam.* 3.

*δ Subdiaconi ſcilicet.*] Subdiaconatus Ordinem eſſe à Domino inſtitutum tenent Ochogau. *d. tract. vnic. quæſt.* 4. Vazq. *in* 3. *part. diſp.* 238. *cap.* 2. *à princip.* Ægid. de ConincK *d. diſp.* 20. *dub.* 3. Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſ. hierarch. part.* 2. *diſp.* 10. §. 1. *num.* 2. Ego ipſe *de iure Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 2. Et ordinationes Diaconi & ſubdiaconi eſſe Sacramenta nouæ legis docent S. Thom. *in* 4. *diſt.* 24. *q.* 2. *art.* 1. *quæſtiunc.* 3. Valent. *p.* 4. *diſp.* 9. *quæſt.* 1. Vaſq. *diſp.* 238. Sebaſt. Cæſar *de Eccleſ. hierarchia q.* 4. *proœm.* §. 2. Hurtado *de Sacrament. to.* 2. *tract. de Ordine diffic.* 8. 4.

*ε Nam Subdiaconatus ad maiores Ordines,* &c.] Subdiaconatum in primitiua Eccleſia Ordinem ſacrum non reputari colligunt ex *c. nullus* 60. *diſt. & ex c. quicunque* 77. *diſt. & ex cap. miniſtri* 84. *diſt.* Henriq. *in ſumma lib.* 10. *cap.* 13. §. 4. Marc. Anton. Capet. *in tract. de perpetua caſtitate ſacerd. cap.* 7. Vazq. *in* 3. *part. diſput.* 237. *cap.* 2. *num.* 12. *& diſput.* 238. *cap.* 1. *num.* 7. *& cap.* 6. *à num.* 59. Campan *d. rub.* 2. *numero* 10. *in princip.* Sebaſt. Cæſ. *dict.* §. 1. *numero* 8. Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcop. part.* 2. *allegat.* 14. *numero* 1. 5.

*Ordo eſt propriè, & verè vnum ex ſeptem S. Eccleſiæ Sacramentis.*

## CAPVT III.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Ordo gratiam confert.*
3 *Ordines maiores, & minores ſunt Sacramenta.*

CVm Scripturæ teſtimonio, [a] Apoſtolica traditione, & Patrum vnanimi conſenſu perſpicuum ſit, per ſacram ordinationem, quæ verbis, & ſignis exterioribus perficitur, *α gratiam conferri; β dubitare nemo debet, Ordinem eſſe verè* & propriè vnum ex ſeptem ſanctæ Eccleſiæ Sacramentis, inquit enim Apoſtolus: [b] Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te, per impoſitionem manuum mearum, non [c] enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.

a 2. Tim. 4.
b 2. Tim. 1. 1. Tim. 4.
c 2. Tim. 1.

1. VIde Cardin. Bellarmin. *lib. vnic. de Sacrament. Ordinis, cap.* 2. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 9. *quæſt.* 1. *puncto* 4. Henriq. *in ſumm. lib.* 10. *cap.* 14. §. 2. Sayr. *de Sacrament. in genere, lib.* 6. *cap.* 1. *in fine,* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 16. Fernandez *in examine Theolog. moral. part.* 3. *cap.* 11. §. 1. *num.* 11. Bonacin. *de Sacrament. diſput.* 8. *quæſt. vnica puncto* 2. *num.* 1. Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.* 2. *num.* 3. Sanch. *in conſil. moral. to.* 2. *lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 1. *num.* 3. Hurtado *de Sacrament. tom.* 2. *tract. de Ordine diffic.* 6.

2. *α Gratiam conferri.*] Vide Henriq. *d. lib.* 10. *cap.* 1. §. 3. *littera R. & cap.* 14. *in princip.* Sayr. *de Sacrament. in genere lib.* 5. *cap.* 1. *quæſ. vnica art.* 2. *verſ. de Sacram. Ordinis.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 1. *num.* 16. *cum ſeqq.* Fernandez *d. part.* 3. *c.* 11. §. 7. *num.* 3. Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.* 2. *num.* 18. Caiet. *in c. ad limina* 30. *q.* 1. *ex num.* 10. Marchin. *de Sacrament. Ordin. tract.* 1. *part.* 3. *cap.* 1. Torreblanca *in practicab. iuris ſpiritualis lib.* 2. *c.* 12. *num.* 19. Hurtado *de Sacram. to.* 2. *tract. de Ordine diffic.* 16. *in princ.*

*β Dubitare nemo debet Ordinem eſſe verè,* &c.] Ex hac generalitate colligitur non ſolùm maiores Ordines, ſed etiam minores eſſe Sacramenta, vt per Echium *tom.* 4. *homil.* 64. Petr. Sot. *de inſtit. ſacerd. lect.* 4. *de Ordine, circa med.* Cardin. Bellarmin. *tom.* 2. *lib.* 1. *de Sacrament. Ordinis, c.* 6. *&* 8. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 9. *quæſt.* 1. *puncto* 4. *verſ. tertia opinio.* Henriq. *in ſumm. lib.* 10. *cap.* 2. §. 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 1. Ægid. de ConincK *diſput.* 20. *de Sacrament. Ordinis dub.* 6. Ochogau. *de Sacrament. tract. de Sacrament. Ordinis, quæſt.* 3. *num.* 3. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. part.* 1. *tract.* 3. *c.* 8. *quæſ.* 69. *in princip.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.* 1. *num.* 13. Bonacin. *de Sacram. diſp.* 8. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*diſp.8.quæſt. vnica puncto 2. num. 2.* Scribon. *in theoſimia de Ordine, diſp.7.quæſt.3.* Ludouic. Miranda *in man. Prælat. to. 1.quæſt 38.art.10.* Fernandez *d.c.11.§.3.q.3.* Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſiaſt. hierarchia, quæſt.4. proœm. §.1. ex nu. 5.* Illuſtriſſ. D. Roder. à Cunha *in comment. ad cap. Pſalmiſta num.6.diſt.23.* Thom. Valaſc. *tom.1.alleg.2.num.9.* Torreblanca *in practicabil. iuris ſpirit. lib.2.cap.12.num.17.* Sanch. *in opuſcul. moral. lib.7.cap.1.dub.1.num.7.* Hurtado *de Sacram. tom.2. tract. de Ordine diffic. 9.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.2.alleg.2.num.21.*

Contra Sot. *in 4.diſt.25.quæſt.1.art.2.rat.5.& art.4.concl.7.* Martin. de Ayala *de tradition. Apoſtol. part.2.c. de Ordine, §. Synodus.* Mich. Medina *li.1. de ſacrorum Ordinum continent. cap.46.* Nauarr. *in man. cap.22.num.18.verſ. quare probabilis,* Vazq. *in 3 p. tom.3.diſp.237.c.2.num.10 cum ſeqq.* Sanch. *de matrim. lib.7. diſp.31.num.17.* vbi dicit probabiliſſimum Ordines minores non eſſe Sacramenta, nec gratiam conferre, Paul. Layman. *in Theologia morali lib.5.tra.9.cap.4.num.4.verſ. aſſertio quarta, in fine,* exiſtimantes minores Ordines non eſſe Sacramenta.

---

*Ordo imprimit characterem indelebilem.*

## CAPVT IV.

1 *Ordo imprimit characterem indelebilem.*
2 *Ordinem minimè recipit promotus abſoluta coactione compulſus.*
3 *Epiſcopatus eſt Ordo.*
4 *Character nouus per Epiſcopatum imprimitur.*

a Seſſ. 7. de Sacram. in genere canon. 9.

QVoniam verò in Sacramento [a] Ordinis, ſicut & in Baptiſmo, & confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri poteſt, meritò ſancta Synodus damnat eorum ſententiam, qui aſſerunt noui Teſtamenti Sacerdotes temporariam tantummodo poteſtatem habere, & ſemel ritè ordinatos, iterum laicos effici poſſe, ſi verbi Dei miniſterium non exerceant. Quod ſi quis omnes Chriſtianos promiſcuè noui Teſtamenti Sacerdotes eſſe, aut omnes pari inter ſe poteſtate ſpirituali præditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quam [b] Eccleſiaſticam hierarchiam, quę [c] eſt vt caſtrorum acies ordinata confundere, perinde ac ſi contra beati Pauli [d] doctrinam omnes Apoſtoli, omnes Prophetæ, omnes Euangeliſtæ, omnes Paſtores, omnes ſint doctores. Proinde ſacroſancta Synodus declarat, præter cæteros Eccleſiaſticos gradus Epiſcopos, qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt, *α ad hunc hierarchicum Odinem* præcipuè pertinere, & poſitos, [e] ſicut idem Apoſtolus ait, à Spiritu ſancto, regere Eccleſiam Dei [f] eóſque Presbyteris [g] ſuperiores eſſe, ac Sacramentum Confirmationis conferre, miniſtros Eccleſiæ ordinare, atque alia pleraque peragere ipſos poſſe, quarum functionum poteſtatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent. Docet inſuper ſacroſancta Synodus, in ordinatione Epiſcoporum, Sacerdotum, & cæterorum Ordinum, [h] nec populi, nec cuiuſvis ſæcularis poteſtatis, & magiſtratus conſenſum ſiue vocationem, ſiue auctoritatem ita requiri, vt ſine ea irrita ſit ordinatio, quin potius decernit, eos qui tantummodo à populo, aut ſæculari poteſtate, ac magiſtratu, vocati & inſtituti, ad hæc miniſteria exercenda aſcendunt, & qui ea propria temeritate ſibi ſumunt, omnes non Eccleſiæ miniſtros, ſed fures, & latrones, per oſtium non ingreſſos, habendos eſſe. Hæc ſunt, quę generatim ſacræ Synodo viſum eſt Chriſti fideles de Sacramento Ordinis docere. His autem contraria, certis, & proprijs canonibus in hunc, qui ſequitur, modum damnare conſtituit, vt omnes, adiuuante Chriſto, fidei regulæ vtentes, in tot errorum tenebris Catholicam veritatem facilius agnoſcere tenere poſſint.

b Cantic. 6.
c 1. Cor. 12.
d Epheſ. 4.
e Act. 22.
f Cæleſt. 1. Epiſcop. ad Epiſc. Galliæ cap. 1.
g Seſſ. 7. de confir. cap. 3. Hiſpalen. 2. cap. 5. 7. & alibi.
h Laodic. conc. c. 18. Ioan. 10.

1. VIde Magiſtr. *in 4.diſt.5.quæſt.1.* Victor. *de Sacrament.* vbi de ſacramento Ordinis, *num. 232.* Henriq. *in ſumm. lib.10.cap.7.in princip. & cap.14.§.2.littera P.* Cardoſ. *in praxi Iudicum verb. Sacramentum Ordinis num. 50.* Cardin. Bellarmin. *tom.2.controuerſ.5.lib.1.de ſacrament. Ordin. cap.10.* Vaſq. *in 3.part. tom.3.diſp. 243. à num.2.& diſp.244. num.17.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarm. part.1. lib.4.cap.10.verſ. ſeptimò.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.30.num.3.verſ quod attinet, & num.16.verſ. & idem* Piaſec *in praxi Epiſcop. part.1.c.1.num.52.pag.60.* Bellet. *diſquiſit. cleric. part.1.tit. de diſcipl. clericali, §.3.nu.2.* latè Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.2.num.19. cum ſeqq.* Bonacin. *de Sacrament. diſp.8.quæſt. vnica puncto 6. num. 3.* Molſeſ. *in ſumm. Theolog. moralis tract.3.cap.14 num.12.* latè Marchin. *de ſacrament. Ordinis tract.1.part.3.c.4.& 5.* Sanch. *in opuſc. moral. lib.7.cap.1. dub. 1. num.4.* metipſum *de officio, & poteſtate Epiſcopi p.2.alleg.2. num.4.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib.2.c.12.num.18.& 23.* Hurtado *de Sacrament. tom.2.tract. de Ordine diff.16.in med.*

2. Promotum abſoluta coactione compulſum Ordinem minimè recipere, eiuſque animæ talem ordinationem non relinquere indelebile ſignum, reſoluunt Sylueſt. *in ſumm. verb. Ordo 4.num.1.verſ. ſecunda,* Paul. Comitol. *reſp. moral. lib.1.q.45.poſt num.1.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.11.cap.5.* Rota *dec.560.num.1.p.1.diuerſ.* Sanch. *de Matrim. lib.7.diſp.29.n.1.* Ego ipſe *d.p.2.alleg.2.nu. 5. & 6.* De ordinato per vim conditionalem, ſeu cauſatiuam, vel per metum iniuſtè incuſſum cadentem in conſtantem virum, an lege continentiæ adſtringatur, & ſi interim promotus nubat, an tale matrimonium ſit validum necne? quæſtio dubia. In qua vna ſententia tenet obligare eum Ordinem ad continentiam, & matrimonium poſtea irritum eſſe nullum. Ita Hoſt. Abb. Tabien. Palud. S. Anton. Silueſt. Gaet. & alij citati à Sanch. *d. lib.7. diſp. 29. num. 4.* quibus addo Petr. de Ledeſma *de Matrim. quæſt. 55.art.4.* Paul. Comitol. *d. lib.1.q.45.num.3. cum ſeqq.* Baſil. Pont. *de Matrim. lib.7.c.29.* Diana *reſol. moral. tom.2.tract.4. de ſacrament. Ordinis reſol.193.* Contrarium verò ſuſtinent gloſſ. *verb. conditionaliter, in ca. maiores, de Bapt.* plures, quos refert & ſequitur Sanch. *d. diſp. 29. num. 5.* quibus addo Cæſ. de Graſſis *deciſ.1.& 2.de ÿs, quæ vi,* Iacob. de Graſſ. *in aureis deciſ. part.2.lib.1.cap.11.* Azor. *inſtit. moral. part.1.lib.13.cap.14.quæſ.8.* Vgolin. *de Epiſcopo c.13.nu.3.* Bonacin. *de Matrim. quæſt.3.puncto 9.num.14.* Paul. Squilante *de obligat. cleric. p.1.num.80.* Marchin. *tract.2.p.3.diffic.9.*

*α Ad hunc hierarchicum Ordinem, &c.*] Epiſcopatum 3.
eſſe Ordinem dicit in ſpecie gloſſ. *verb Epiſcopus, in proœm. Sexti, & verb. de Epiſcopis, in c. quia periculoſum, de ſentent. excomm. in 6. & verb. ſui Ordinis, in c. quoties, de purgat. canon. & verb firmitatis in c. prouida, de elect. lib.6.* tenent Felin. *in cap. eam te, num.8. de reſcript* Zabarel. *in Clement. 2. num. 12. de ætate, & qual.* Sot. *de iuſtit. lib.10. quæſt.1. art. 2.* Nauarr. *in man. c.22.n.18.verſ. quare.* Burſat. *conſ. 125. Quia ſcriptum, à n.1.vol.1.* Valent. *to.4.diſp.9.q.1.punct. 2.* Campan. *in diuerſ.*

iuris

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*iuris canon. rub.* 1. *num.* 7. Sebaſt. Cæſar *de Eccleſ. hierarchia queſt.* 3. *proœm.* §. 1. *num.* 4. Non ſolùm à ſacerdotio diſtinctum, vt exiſtimarunt Medin. *lib.* 1. *de cælibatu, cap.* 16. Nauarr. *citato loco*, Bellarm. *de ſacrament. Ordinis, cap.* 5. *Verſ. tertio*. Duar. *in comment. ad Bullam Cœnæ, lib.* 1. *c.* 5. *q.* 2. *nu.* 12. ſed etiam de per ſe, & ſeiunctim eſſe Sacramentum à Chriſto inſtitutum, reſoluunt Petr. Sot. *de inſtit. ſacerd. lect.* 4. *de ſacrament. Ordinis*, §. *ex his igitur*. Valent. *d. diſp.* 9. *quæſt.* 1. *puncto* 4. *verſ. altera ſententia*. Vazq. *tom.* 3. *diſput.* 40. *c.* 4. Ægid. de ConincK *tom.* 2. *diſput.* 20. *de ſacrament. Ordinis, dub.* 6. *num.* 44. Campan. *in diuerſ. iuris canonici rub.* 1. *num.* 7. *& rub.* 6. *c.* 4. *n.* 4. latè Sebaſt. Cæſar *in d. relect. q.* 4. *proœm. ex n.* 11. Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 2. *alleg.* 1. *num.* 19.

Vnde nouum per Epiſcopatum imprimi characte- 4
rem tenet Abb. *in cap. aqua, de conſecr. Eccleſ.* Iacobat. *lib.* 10. *de Concil. actu* 7. & alijs, quos refert Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 10. *n.* 16. & Henriq. *lib.* 10. *c.* 7. §. 1. *in commento littera* C. licèt eos minimè ſequatur, & Hurtado *de Sacram. tom.* 2. *tract. de Ordine diffi.* 3. *verſ. & ad* 3. Sebaſt. Cæſar *d. quæſt.* 4. *proœm. n.* 19. Et nouam gratiam per ipſum quoque conferri, concludunt Cardin. Bellarmin. *d. cap.* 5. *verſ. item quod Epiſcopalis*, Henriq. *d. lib.* 10. *cap.* 1. §. 3. *in commento littera* R. *& cap.* 2. § 1. *litt.* E. Campan. *d. rub.* 6. *cap.* 4. *num.* 4. Sebaſt. Cæſar. *d. q.* 4. *proœm. num.* 21.

## De ſacramento Ordinis.

1 *Sacerdotium viſibile in nouo Teſtamento.*
2 *Ordines & maiores & minores ſunt in Eccleſia præter Sacerdotium.*
3 *Ordo eſt verè, & propriè Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum.*
4 *Per ſacram ordinationem datur Spiritus ſanctus, & imprimitur character.*
5 *Hierarchia diuina ordinatione inſtituta eſt in Eccleſia Catholica.*
6 *Epiſcopi ſunt Presbyteris ſuperiores, & habent poteſtatem confirmandi, & ordinandi.*
7 *Epiſcopi auctoritate Romani Pont. aſſumpti ſunt legitimi, & veri Epiſcopi.*

### α CANON I.

SI quis dixerit, non eſſe in nouo Teſtamento ſacerdotium viſibile & externum, vel non eſſe poteſtatem aliquam conſecrandi, & offerendi verum corpus, & ſanguinem Domini, & peccata remittendi, & retinendi, ſeu officium tantum, & nudum miniſterium prædicandi Euangelium, vel eos, qui non prædicant, prorſus non eſſe Sacerdotes, anathema ſit.

### β CANON II.

Si quis dixerit, præter ſacerdotium non eſſe in Eccleſia Catholica alios Ordines, & maiores, & minores, per quos, velut per gradus quoſdam, in ſacerdotium tendatur, anathema ſit.

### γ CANON III.

Si quis dixerit, Ordinem, ſiue ſacram Ordinationem non eſſe verè & propriè Sacramentum, à Chriſto Domino inſtitutum, vel eſſe figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis, aut eſſe tantùm ritum, quendam eligendi miniſtros verbi Dei, & Sacramentorum, anathema ſit.

### δ CANON IV.

Si quis dixerit, per ſacram ordinationem non dari Spiritum ſanctum, ac proinde fruſtra Epiſcopos dicere, Accipe Spiritum ſanctum, aut per eam non imprimi characterem, vel eum qui Sacerdos ſemel fuit, [a] laicum rurſus fieri poſſe, anathema ſit.

[a] 8. Tolet. cap. 7.

### CANON V.

Si quis dixerit, ſacram Vnctionem, qua Eccleſia in ſancta ordinatione vtitur, non tantum requiri, ſed contemnendam & pernitioſam eſſe, ſimiliter & alias Ordinis cæremonias, anathema ſit.

### ε CANON VI.

Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica non eſſe hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris, & miniſtris, anathema ſit.

### ζ CANON VII.

Si quis dixerit, Epiſcopos non eſſe Presbyteris ſuperiores, vel non habere poteſtatem confirmandi, & ordinandi, vel eam, quam habent, illis eſſe cum Presbyteris communem, vel Ordines ab ipſis collatos ſine populi, vel poteſtatis ſæcularis conſenſu, aut vocatione, irritos eſſe, aut eos, qui nec ab Eccleſiaſtica & canonica poteſtate ritè ordinati nec miſſi ſunt, ſed aliunde veniunt, legitimos eſſe verbi & Sacramentorum miniſtros, anathema ſit.

### η CANON VIII.

Si quis dixerit, Epiſcopos, qui auctoritate Romani Pontificis aſſumuntur, non eſſe legitimos, & veros Epiſcopos, ſed figmentum humanum, anathema ſit.

1. α CANON I.] Vide Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *&* 4. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.* ... *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 17. Marchin. *de ſacrament. Ordinis tract.* 1. *part.* 1. *cap.* 10. *num.* 16. Hurtado *de Sacrament. tom.* 2. *tract. de Ordine diffic.* 7.

2. β CANON II.] Vide Thom. Valaſc. *allegat. Iuris tom.* 1. *alleg.* 2. *num.* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *num.* 3. Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis, tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 17. Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 9. *cum ſeqq. & num.* 43.

3. γ CANON III.] Vide Ioſeph. Angl. *de ſacram. Ordin. in concluſ. primo definit.* Victor. *in ſumm. de ſacrament. Ordin.* 225. *&* 226. Viuald. *in candel. tit. de ſacrament. Ordin. nu.* 5. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 4. Ioan. de Lugo *de Sacrament. in genere diſput.* 7. *ſect.* 1. *num.* 4. Petr. de Ledeſma *in ſumma part.* 1. *de Sacrament.* vbi de ſacrament. Ordinis, *cap.* 1. *concl.* 1. Thom. Valaſc. *tom.* 1. *allegat. Iuris, alleg.* 2. *num.* 2. Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *c.* 1. *de conferendis Ordin. num.* 1. *pag.* 25. Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moralis, tract.* 3. *cap.* 14. *num.* 11. Sanch. *in conſil. moral. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *dub.* 1. *num.* 3. Hurtado *de Sacrament. tom.* 2. *tract. de Ordine diff.* 6. Barboſ. *Collect. in Concil. Trid.*

4. δ CANON IV.] Vide Henriq. *in ſumm. lib. 10. cap. 4. §. 2. littera F. & G.* Hurtado *de Sacram. tom. 2. tract. de Ordine diffic. 7. in fine.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p. 1. cap. 4. num* 16. Ægid. de ConincK *de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſput. 20. n. 58.* Balduin. iun. *ſuper opera controuerſ. Bellarmini, p. 2. lib. 6. cap. 4. verſ. item patet,* Petr. de Ledeſma *in ſumm.* vbi de ſacramento Ordinis, *cap. 4. concl. 2.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 3. num. 2.* Bonacin. *de Sacrament. diſput. 8. quaſt. vnica puncto 4. nu. 1.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p. 1. tract. 3. cap. 8. quaſt. 70. in princ.*

5. ε CANON VI.] Vide Dionyſ. *de Eccleſ. hierarch. cap. 5.* Irenæ. *lib. 3. c. 3.* Fr. Mich Agia *de exhibend. auxil, fundam. 2.* Molſeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract. 2. c. 1. num. 35.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. p. 1. tract. 2. c. 3. quaſt. 35. verſ. alter finis, & tract. 3. cap. 8. q. 68. verſ. quarto,* Hurtado *d. tract. de Ordine diffic. 8.*

ζ CANON VII.] Vide Iodoc. Cocc. *in theſauro*
6. *Catholico, lib. 7. art. 18.* Hurtado *de Sacrament. tom. 2. tract. de Ordine diffic. 17.* Savr. *de Sacrament in genere, lib. 1. cap. 2. q. 3. art. 5. verſ. de conſecratione Epiſcopi,* Ægid. de ConincK *de Sacrament. tomo 2. diſput. 20. numero 24. & numero 75.* Vazq. *in 3. part. tom. 3. diſputatione 243. à numero 2. & diſputatione 244. num. 17.* Molſeſ. *in ſumma Theolog. moralis tract. 6. cap. 16. num. 63.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. part. 1. tract. 3. cap. 8. quæſtione 71.* laté Marchin. *de ſacram. Ordin. tract. 2. part. 8. cap. 4.* Anguian. *de legib lib. 2. controu. 1. num. 70.* Sanch. *in opuſc. moral. li. 7. cap. 1. dub. 18. à num. 1.* Cardoſ. *in praxi Iudic. verb. ſacramentum Ordinis nu. 6.* Alzed. *de præcellentia Epiſcopal. dign. p. 2. c. 5. n. 1.* Torreblanca *in pract. iuris ſpirit. lib. 2. c. 13. n. 4.* Sanch. *in conſ. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 18. num. 1.*

η CANON VIII.] Vide Henriq. *in ſumm. lib. 10. c. 3. in fine,* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p. 1.* vbi de ſacramento Ordinis, *c. 5.* Paul. Comitol *reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 99. num* 3. Dionyſ. Paul. *de vera quatuor Patriarchal. ſedium erectione, cap. 5. num. 70.* 7.

# DE REFORMATIONE.

## *De reſidentia Prælatorum, & Curatorum, & pœnis ſupra id impoſitis.*

### CAPVT PRIMVM.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Conſtitutiones Pontificiæ ſuper reſidentiam agentes.*
3 *Epiſcopi, Parochi, & alij Rectores tenentur de iure diuino in ſuis Eccleſiis reſidere.*
4 *Parochus tenetur Miſſæ ſacrum ſuis ouibus applicare iuxta boni viri arbitrium.*
5 *Cardinales, qui ſunt Epiſcopi, an & quando excuſentur à reſidentia.*
6 *Cardinales habent iuſtam cauſam quòd abſint ab Eccleſiis, quarum ſunt Epiſcopi.*
7 *Charitas Chriſtiana excuſat à reſidentia.*
8 *Neceſſitas vrgens excuſat à reſidentia.*
9 *Obedientia debita excuſat à reſidentia.*
10 *Vtilitas euidens, Eccleſiæ, vel Reip. excuſat à reſidentia.*
11 *Ad Metropolitanum, vel in eius abſentia ad Epiſcopum antiquiorem pertinet, curare vt Prouinciales Epiſcopi in ſuis Eccleſiis commorentur.*
12 *Cauſæ abſentiæ in ſcriptis approbandæ.*
13 *Epiſcopus poteſt abeſſe à ſua Eccleſia ſine alia ſuperioris licentia quãdo occurrit vrgens neceſſitas.*
14 *Abeſſe non dicitur qui ſtatim eſt reuerſurus.*
15 *Epiſcopi poſſunt abeſſe à ſuis Eccleſiis ad ſummum per tres menſes ſingulis annis.*
16 *Epiſcopi abeſſe poſſunt à ſuis Eccleſiis per tres menſes etiam cauſa animum relaxandi.*
17 *Epiſcopi, & alij beneficiarij habentes beneficia Curata ſi abſque legitima cauſa à ſuis Eccleſiis abſint, tenentur pro rata temporis, quo abſunt, fructus reſtituere.*
18 *Epiſcopi, & alij habentes curam animarum tenentur reſtituere fructus ante vllam ſententiam ſi nõ reſideant.*
19 *Epiſcopo non licet à ſua Eccleſia abeſſe niſi ob aliquam cauſam ex connumeratis in hoc cap.*
20 *Epiſcopus reſidens in ſua diœceſi liber eſt à reſidentia ſuarum Dignitatum.*
21 *Fructuum amiſſorum ob non reſidentiam reſtitutio, fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus facienda.*
22 *Parochi ſi à ſuis Eccleſiis abſque legitima cauſa ab Epiſcopo cognita, & approbata in ſcriptis abſint vltra bimeſtre tempus, peccant mortaliter.*
23 *Fructus non reſidentium amittuntur dumtaxat pro rata illius temporis, quo quis abeſt.*
24 *Fructus non reſidentium debet Epiſcopus ordinarius applicare fabricę Eccleſię parochialis etiamſi non indigeat.*
25 *Beneficia curata habẽtes & parochi à pari procedũt.*
26 *Reſidere tenentur qui Parochialem quamuis tenuem obtinent.*
27 *Parochialem poſſidens tenetur reſidere quamuis in ea remanſerint tres, vel quatuor incolæ.*
28 *Rector, qui habet vicariam perpetuam in eius parochia, poteſt compelli ad perſonaliter reſidendum.*
29 *Eccleſiam baptiſmalem obtinens tenetur reſidere.*
30 *Parochialem obtinens cum libero curæ exercitio, & poſſeſſione bonorum, tenetur reſidere, quamuis in limine adeptæ poſſeſſionis mota lis fuerit per aliquem in petitorio.*
31 *Archipresbyter Tyraſſon. tenetur ad reſidentiam.*
32 *Capellanus coadiutor Rectoris parochialis inſtitutus auctoritate Apoſtol. tenetur ad reſidentiam ſicut Rector ipſe.*
33 *Coadiutor perpetuus tenetur ad reſidentiam ſicut verus curatus.*
34 *Inquiſitor parochus tenetur ad reſidentiam.*
35 *Subcollector Apoſt. non excuſatur à reſidentia Parochialis.*
36 *Beneficium curam iuriſdictionalem habens tenetur reſidere.*
37 *Præpoſitus iuriſdictionalem tantùm curam habens tenetur reſidere.*
38 *Commendatarius curam iuriſdictionalem habens tenetur reſidere.*
39 *Parochias duas perpetuò inuicem æquè principaliter vnitas habens poteſt in qua maluerit, reſidere.*
40 *Parochialem Eccleſiam cum Canonicatu habens*

*tenetur*

*tenetur reſidere in Parochiali.*

41 *Canonicatum obtinens, cui ſit vnita Parochialis ad vitam obtinentis tantùm tenetur reſidere in Parochiali.*

42 *Parochus Eccleſiæ in qua fuit conſtitutus Capellanus cum tota cura animarum quoad Capellanus vixerit non tenetur reſidere.*

43 *Parochialem obtinens in qua Vicarium perpetuum legitimè inſtitui obtinuit, eo viuente reſidere non tenetur.*

44 *Monaſterium, ſeu Abbatiam, quæ cura, & Conuentu caret, obtinens, non tenetur reſidere.*

45 *Parochus debet reſidere in domo ipſi⁹ Parochialis.*

46 *Parochus tenetur prope Eccleſiam in ciuitate reſidere, licèt maior pars parochianorum longè habitet in oppidis.*

47 *Parochus tenetur reſidere perſonaliter, & non alio modo ſatisfit muneri ſuo.*

48 *Parochi cogendi ſunt ad ſubeunda per ſeipſos, & nõ per ſubſtitutos, ea munia, ad quæ tenentur.*

49 *Parochus debet ita continuè reſidere vt indigentes non careant neceſſaria ope.*

50 *Epiſcopus poteſt probibere parochis ſub pæna pecuniaria, quæ tamen dimidiam non excedat, ne vltra biduum à ſua Eccleſia abſint.*

51 *Conſtitutio Epiſcopi valet ne parochi poſſint abeſſe vltra duos dies ſine licentia.*

52 *Parochi iuſtam cauſam non reſidendi minimè habent, quamuis in ſeruitio Epiſcopi, aut Eccleſiarum cathedralium permaneant.*

53 *Parochus non poteſt eſſe vicarius Epiſcopi, niſi Eccleſiæ cathedralis parochus ſit.*

54 *Parochi Inquiſitoris, vel Subcollectoris officium exercentes non habent iuſtam cauſam non reſidendi:*

55 *Cauſam iuſtam non reſidendi minime habent obtinentes Eccleſias parochiales ſi velint ſtudere.*

56 *Parochus non excuſatur à reſidentia propter intemperiem aeris.*

57 *Parochus à reſidentia non excuſatur propter inimicitas capitales.*

58 *Parochus propter ſenectutem non excuſatur à reſidentia, quamuis Ordinarius iam prouideret illius inſufficientiam.*

59 *Infirmitas parochi non eſt cauſa ſufficiens non reſidendi.*

60 *Parochis non licet abeſſe cauſa peſtis.*

61 *Epiſcopus cognoſcere poteſt de cauſis abſentiæ ab Eccleſiis Parochialibus, quarum collatio ad inferiores ſpectat.*

62 *Parochus an iudicialiter probare debeat cauſam abſentiæ.*

63 *Parochus non poteſt relinquere vicarium, ſeu ſubſtitutum etiam idoneum pro adminiſtratione Sacramentorum inconſulto Epiſcopo.*

64 *Vicarius ſubſtitutus ſi ſeruire velit gratis, non tenetur Parochus cùm iuſta de cauſa abeſt, illi in conſcientia aſſignare partem fructuum.*

65 *Licentia quam Parochus abeſſe volens petere debet ab Epiſcopo, non ſufficit tacita, ſed oportet eſſe expreſſa.*

66 *Parochus non poteſt abeſſe à ſua Eccleſia ſine licentia in ſcriptis obtenta, niſi talis repentè ſe offerat neceſſitas, &c.*

67 *Parochus ſine licentia Epiſcopi ex iuſta cauſa in ſcriptis concedenda non poteſt abeſſe etiam primo bimeſtri.*

68 *Parochus non poteſt per hebdomadam abeſſe non petita, vel non obtenta licentia etiam relicto vicario idoneo.*

69 *Epiſcopus aliquibus iuſtis de cauſis poteſt etiam ſtante Motu proprio Pij V. concedere licentiam recedendi à Parochiali.*

70 *Parochus petens licentiã fingendo cauſam iuſtam, peccat mortaliter, & tenetur reſtituere fructus.*

71 *Parochus ſi iuſtam habeat cauſam abeundi extra parochiam, an poſſit abeſſe ea ſibi per Epiſcopum denegata.*

72 *Epiſcopus quoties in pænam omiſſæ reſidentiæ vult ſubtrahere partem fructuum, quos ſuos fecerunt parohi, tenetur obſeruare eadem interualla, &c.*

73 *Parochus vt quis priuetur ob non reſidentiam, quę ſint attendenda.*

74 *Ad priuationem parochi ob nõ reſidentiam non eſt neceſſariũ quòd priùs procedatur per alias pænas.*

75 *Contra non reſidentes quo remedio vti velit, Epiſcopi eſt arbitrij.*

76 *Decretum hoc generaliter eſt accipiendum contra abſentes ſiue obedientes, ſiue contumaces.*

77 *Tollit ſolùm appellationem ſuſpenſiuam, non verò deuolutiuam.*

78 *Derogat Eugenij IV. conſtitutioni.*

α CVm [a] *præcepto diuino* mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere, β *pro his ſacrificium offerre*, verbique diuini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere, pauperum, aliarumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & in cætera munia paſtoralia incumbere: γ *quę omnia nequaquam ab ijs prçſtari*, & impleri poſſunt, qui gregi ſuo non inuigilant, neque aſſiſtunt, ſed [b] mercenariorum more deſerunt: ſacroſancta Synodus eos admonet, & hortatur, vt diuinorum præceptorum memores, factique [c] forma gregis in iudicio, & veritate paſcant, & regant. Ne verò ea, quæ de reſidentia ſanctè, & vtiliter iam [d] antea ſub fel. rec. Paulo III. ſancita fuerunt, in ſenſus à ſacroſanctæ Synodi mente alienos trahantur, ac ſi vigore illius decreti quinque menſibus continuis abeſſe liceat: illis inhærendo, declarat ſacroſancta Synodus [e] omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Eccleſijs quibuſcumque, quocumque nomine, & titulo præfectos, δ, *etiamſi ſanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſint*, obligari ad perſonalem in ſua Eccleſia vel diœceſi reſidentiam, vbi iniuncto ſibi officio defungi teneantur, neque abeſſe poſſe niſi ex cauſis, & modis infraſcriptis [f]. Nam cùm ε *Chriſtiana charitas*, ζ *vrgens neceſſitas*, η *debita obedientia*, θ *ac euidens Eccleſiæ, vel Reipub. vtilitas* aliquos nonnunquam abeſſe poſtulent, & exigant, decernit eadem ſacroſancta Synodus, has legitimæ abſentiæ cauſas à Beatiſſimo Romano Pontifice, ι *aut à Metropolitano*, vel, eo abſente, ſuffraganeo, Epiſcopo antiquiori reſidente, qui idem

a Ioann. 21. Act. 20. cap. Epheſ. 43 d. c. ſicut. 7. q. 1. c. qui Epiſcopatum 8. q. 1. c. præcipuè ij. q. 3. c. gloria Epiſcopi 12. q. 2.
b Ioann. 10.
c 1. pet. 5. 2.
d Sup. ſeſſ. 6. de ref. c. 1.
e Infrà in Bulla S. D. N. Pij 4. ſuper reſidentia.
f Cap. de cætero c. inter quatuor cap. tua. & c. & relatũ de cler. non reſid. c. ad ſupplicationẽ, de renũc. quorũdam 74. diſt.

Metropolitani abſentiam probare debebit, *κ in ſcriptis eſſe approbandas*, *λ niſi cum abſentia inciderit* propter aliquod munus, & Reipub. Officium, Epiſcopatibus adiunctum: cuius quoniam cauſæ ſunt notoriæ, & interdum repentinæ, nec eas quidem ſignificari Metropolitano neceſſe erit, ad eundem tamen cum Concilio prouinciali ſpectabit iudicare de licentijs à ſe, vel à Suffraganeo datis, & videre, ne quis eo iure abutatur, & vt pœnis Canonicis errantes puniantur. [g] Interea meminerint diſceſſuri, ita ouibus ſuis prouidendum, vt quantum fieri poterit, ex ipſorum abſentia nullum damnum accipiant. Quoniam autem *μ qui aliquantiſper tantum abſunt*, ex veterum Canonum ſententia non videntur abeſſe, quia ſtatim reuerſuri ſunt: ſacroſancta Synodus vult, illud abſentiæ ſpatium ſingulis annis, ſiue continuum, ſiue interruptum, [h] extra prædictas cauſas *ν, nullo pacto debere duos, aut ad ſummum tres menſes* excedere, & haberi rationem, vt id æqua ex cauſa fiat, & abſque vllo gregis detrimento, quod an ita ſit, abſcedentium conſcientiæ relinquit, quàm ſperat religioſam, & timoratam fore, cum Deo corda pateant, cuius opus non fraudulenter agere, ſuo periculo tenentur. Eoſdem interim admonet, & in Domino hortatur [i], ne per illius temporis ſpatium Dominici aduentus, Quadrageſimæ, Natiuitatis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes item, & corporis Chriſti diebus, quibus refici maxime & in Domino gaudere Paſtoris præſentia oues debeant, ipſi ab Eccleſia ſua Cathedrali vllo pacto abſint, niſi Epiſcopalia munia in ſua diœceſi eos aliò vocent.

Si quis autem, quod vtinam numquam eueniat, contra huius decreti diſpoſitionem abfuerit, ſtatuit ſacroſancta Synodus, præter alias pœnas aduerſus non reſidentes, ſub [k] Paulo III. impoſitas, & innouatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit *ξ, cum pro rata temporis* abſentiæ fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia, *ο alia etiam declaratione non ſecuta*, illos ſibi detinere poſſe, ſed teneri aut ipſo ceſſante, per Superiorem Eccleſiaſticum illos *π fabricæ Eccleſiarum, aut pauperibus* loci erogare; prohibita quacumque conuentione, vel compoſitione, quæ pro fructibus malè perceptis appellatur, ex qua etiam prædicti fructus in totum, aut pro parte ei remitterentur: non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs cuicunque collegio, aut fabricæ conceſſis.

*ρ Eadem omnino, etiam quoad culpam, amiſſionem fructuum*, & pœnas de curatis inferioribus, *σ & alijs quibuſcumque, qui beneficium aliquod* Eccleſiaſticum, curam animarum habens, obtinent ſacroſancta Synodus declarat, & decernit, ita tamen, vt quandocunque eos, *τ cauſa prius υ per Epiſcopum cognita*, & probata, abeſſe contigerit, *φ Vicarium idoneum, ab ipſo Ordinario approbandum*, *χ cum debita mercedis aſſignatione* relinquant. *ψ Diſcedendi autem licentiam* in ſcriptis gratiſque concedendam vltra bimeſtre tempus, *ω niſi ex graui cauſa*, non obtineant. Quod ſi, per edictum citati etiam non perſonaliter contumaces fuerint, liberum eſſe vult Ordinarijs, per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, *αα & ſubtractionem fructuum*, aliaque iuris remedia, *ββ etiam vſque ad priuationem*, *γγ compellere*, *δδ nec executionem hanc, quolibet priuilegio*, licentia, familiaritate, exemptione etiam ratione cuiuſcumque beneficij, pactione, ſtatuto, etiam iuramento, vel quacumque auctoritate confirmato, conſuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela cenſenda eſt, *εε ſine appellatione*, aut inhibitione, etiam in Romana Curia, vel *ζζ vigore* [l] *Eugenianæ conſtitutionis* ſuſpendi poſſe. Poſtremò, tam decretum illud ſub [m] Paulo III. quàm hoc ipſum in Concilijs prouincialibus, & Epiſopalibus, publicari, ſancta Synodus præcipit: cupit enim, quæ adeò ex Paſtorum munere animorumque ſaluti ſunt, frequenter omnium auribus, mentibuſque infigi, vt in poſterum Deo iuuante, nulla temporum iniuria, aut hominum obliuione, aut deſuetudine, aboleantur.

g Cap. cum ex eo. de elect. in 6. c. beneficium de re co.1.1.& c.2. in fi. ſup. ſeſſ. 6. Sardicenſ. con. 14. Eliberitani c.21.
h Cap. præſentium 7. qu.1.& infr. ſeſſ. 24. de refor. c. 11.
i Vide Agathe. Conc. c. 64. c. ſi quis in clero 7. q.1.
k Sup. ſeſſ. 6. de reform. c.1. & inf. in Bulla S. N. Decij 4. ſuper reſidentia cap. 2. c. conquerente & fere per totum. de cler. non reſid.
l Extrauag. communiũ lib. 5. c. 5. diuina. de priuileg.
m Suprà ſeſſ. 6. de reform. c.1.

1. VIde Archiepiſc. Bononien. *p.4. ſub tit. de reſidentia pag.* 238. Concil. Bracharen. IV. *act. 2. cap.* 11. Anton. Pagan. Barthol. Carranza, & Hieron. Gig. *in ſuis tract. de reſidentia.* Alphonſ. Aluarez Guerrero *in ſpeculo iuris Pontif. c.9.* Salzed. ad Bernard *in pra. c.54. litt.* C. Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. part. 3. cap. 2. num. 4. cum ſeqq.* Marc. Anton. Genuenſ. *in man. Paſtorum, cap.* 31. Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 4.* Ceuall. *commun. contra communes, q.* 585. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 54. cum ſeqq.* Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. c. 34. dub. 29.* Vgolin. *de officio Epiſcopi. c. 4. §. 13. & c. 15. §. 3. 4. &* 5. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. ſub rub. virum Epiſcopi poſſint ſe abſentare à ſuis Epiſcopatibus, vel debeant in eis reſidere, & ſub rub. an parochi debeant reſidere in ſuis curatis,* Galganet. *de iure publico lib. 3. tit. 9.* Ioan. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verbo Parochus, differ.* 3. Sanctarel. *var. reſol. lib. 1. à quæſt. 1. vſque ad* 16. Ludou. de Sancto Ioanne *de adminiſt. Sacramentor. art. 1. de reſidentia,* Vaſquez *in opuſ. moral. c 4. §. 2. nu.* 145. *cum ſeqq.* Trullen. *in decalog. lib. 4. c. 1. dub. 8. num. 1. & 2.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 53. & de offic. poteſt. Parochi, cap. 8.*

2. Super reſidentia Prælatorum, & aliorum curam animarum habentium, & reſidere debentium emanauit conſtitutio Pij IV. incip. *In ſuprema, ſub dat. Kal. Decembris* 1564. Et ſuper executione Concilij, & litterarum eiuſdẽ Pij IV. contra Archiepiſcopus, Prelatos, & alias perſonas eccleſiaſticas non reſidentes in ſuis Eccleſijs, emanauit Motus proprius eiuſdem, incip. *Motu proprio,* publ. *die* 11. *Maij* 1565. Circa reſidentiam in Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Eccleſijs faciendam, etiam per S.R.E. Cardinales, & de pœnis contra eos non reſidentes, & à ſuis diœceſibus quocunque prætextu abſentes, emanauit Conſtitutio S. D. N. Vrbani VIII. incip. *Sancta Synodus, ſub die 7. Decembris* 1634.

*α Cum præcepto diuino, &c.*] Epiſcopos, parochos & 3.
alios Rectores, quibus cura incumbit animarum, teneri de iure diuino in ſuis Eccleſijs reſidere per hunc text. reſoluunt Fr. Barthol. à Martyribus Archiep. Bracharen. *in ſtimulo Paſtorum p. 3. fol. 5. cum ſeqq.* Sot. *de iuſtit. lib. 10. q. 3. art. 1. cum ſeqq.* Melch. Gallego *in tract. de parochor. oblig. tempore peſtis, p. 1. diſp. 1. n. 46. cum ſeqq.* Couarr. *lib. 3. var. cap. 13. num. 9.* Nauarr. *in man. cap. 25. num.* 131. Ferret. *conſil.* 32. *à nu.* 14. Bernard. & Salzed. *in practic. c. 54. in nouiſſ. impreſſ.* Iaon. Ocon. *in repet. cap. 1. de clericis non reſident. in 6. nu.* 39. Emman. Sà *in aphoriſm. verb. reſidentia* 1, Cordub. *in quæſt. lib. 1. q. 19.* Ioan. Baptiſt. Conrad. *in reſponſ. caſuum conſcient. q.* 317. Læl. Zech. *de caſibus reſeruat. caſu 3. & in tit. de benefic. numero 6. & de munere Epiſcop. cap. 5. numer.* 3. Viuald. *in candelab. aureo in append. cap. 9. numero 6. & 7.* Valent. *tomo 3. diſp. 10. quæſtione 3. puncto 5. verſ. altera ſententia,* Vazquez *in opuſculo de benefic. cap. 4. §. 2. dub. 1. num. 121. cum ſeqq.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. quæſtione 59 numero* 1. Ceuall. *commun. contra commun. quæſtione 585. numer. 1. & ſeq.* Quin-

tanad.

tanad.eccleſiaſt.lib.4.num.50.& 51.Gonzal.ad reg.8.Cancell. gloſſ.24.num.139.& gloſſ 41.num.8.& gloſſ.43 nu. 163.Azor. inſtit.moral.p.2.lib.7.cap.4 quæſt.1.Leſſ.de iuſtit.lib.2. cap.34. dub.29.num.153.Valer.Reginald.in praxi fori pœnit lib.30. tract.3. num.52.Molfeſ.in ſumma Theolog.moral.tract.6.cap. 11.n.13.Alovſ.Ricc.in praxi rerum fori eccleſ.reſolut.293.n.5. Sanchez de matrim lib.8.diſp.6.num.5.& in præcepta Decalogi tom.1.lib.4.cap.27.num.15.Poſſeuin.de officio curati, cap.1. n.1.Nicol.Garc.de benefic.p.3.cap.2.num.16 Cened. ad Sextum collect.30.num.2. Sanctarell.variar.reſolut.lib.1.q.1.per tot.Alzed in praxi Epiſcop.p.1.cap.6.num.7. Ludou. de ſancto Ioanne de adminiſtr.Sacram.art.1.de reſident.n.3.verſ.demas. Homobon. in reſp.quæſt.moral.p.3.reſp.28.Lotter.de re benefic. lib.3.q.27.n.37.Trullench in Decalog.lib.4. c.1.dub. 8.n.2. Ego ipſe de officio & poteſtate Epiſcopi p.3. allegat.53. num.2 & de officio & poteſtate Parochi cap.8.num.1.

4. β Pro his ſacrificium offerre.] Motus his verbis & meo tract.de officio, & poteſt.Epiſcop.p.2.alleg.23.n.23.in fine, & de officio & poteſt.Parochi cap.11.num.10.reſolui parochum teneri Miſſæ Sacrum ſuis ouibus applicare iuxta boni viri arbitrium. Et hanc partem fauet declaratio S. Cong. Conc. ſuper decretis de celebrat. Miſſarum, nouiſſimè S. D. N. Vrbani VIII. auctoritate edita, & in typographia R. Cam. Apoſt. impreſſa, dum habet Sacerdotes quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficij, ſeu capellæ, legati, aut ſalarij, ſi eleemoſynas pro alijs etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa vtrique obligationi ſatisfacere. Et magis in terminis propoſito dubio, An Parochi terræ Vrcæani Fanen. diœceſis, quibus diebus ex proprio officio, & obligatione tenentur Miſſam celebrare, poſſint pro eadem Miſſa propria, vel aliena Eccleſia celebranda Manuales eleemoſynas recipere? ☞ Sacra Congr.die 1.Septembris 1629. reſpondit quibus diebus Parochi tenentur Miſſam celebrare, non poſſe manualem eleemoſynam recipere.

Contra Nauarr.in man.c.25. num.92. Suar.tom.3.diſput. 86.ſect.1.verſ.de beneficijs igitur.Vaſquez p.3.diſput.234.art. 6.cap.6. verſic.vera tamen ſententia. Nald in ſum. verb.Parochus num.18. Poſſeuin. de officio Curati cap.2. n.4.Fraxinel. de oblig.ſacerd.ſect.3.pranot.2.§.2.Aloyſ.Ricc.in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol.p.4. deciſ. 201. Gauant. in comment. ad rub. Miſſalis p.3.tit.12.num.27.Marchin.de ſacram.Ordinis tract. 3.p.2.cap.30.num.2.& cap.27.à num.7. abſolutè exiſtimantes non videri obligandos parochos ad applicationem ſacrificij pro populo ſingulis diebus feſtis, ex illa ratione, quia obligatio ad celebrandum, & obligatio ad applicandum ſunt diuerſa.

γ Quæ omnia nequaquam ab his præſtari,&c.] Vide Capatam en el diſcurſo de la obligacion de los Prelados p 1.concluſ. 6.num.6.in fine.

5. δ Etiamſi S.R.E. Cardinales ſint.] Cardinales, qui ſunt Epiſcopi, non excuſari à reſidentia eo ipſo, quod ſunt Cardinales, & aſſiſtunt ſummo Pont. tenent Turrian. in tract. de reſident. pag.45.Caiet.2.2. quæſt.185. art.5. Sot. lib. 10. de iuſtit.q.3. puncto 5. verſ. poſt hæc vtique, & in quadam quæſt. quam fecit de pluralitate benefic. Valent.tom.3. diſp.10.q.3.puncto 5.col.3.verſ.ſed quæret aliquis, Emman.Sà verb. reſidentia num.1. Azor. inſtit.moral.p.2.lib.7.cap.4.q.7. & cap.6.q.1. quos refert Sanctarel. var.reſolut.q.2. Capata en el diſcurſo de la obligacion de los Prelados p.1.concl.6. num. 4.in fine.Flamin.de reſign.lib.1.q.10.num.8.Anaſt. Germon. de indultis Cardin.§.tibi quoad ad vixeris num.13.

6. Eos tamen iuſtam cauſam habere quòd abſint ab Eccleſijs,quarum ſunt Epiſcopi, tenent Mardin.Lauden.de Cardinal.q.5.& in alio ſimili tract.q.68. Andr. Barbat. de Cardinal.q.12.Villadieg.de origine Cardinal.quæſt.5.num.11. & 12.Gonzal.ad regul.8.Cancell.gloſſ.24. num.128. quos refero d.alleg.53.num.23.

7. ε Chriſtiana charitas.] Vide Tolet. in inſtruct.ſacerd.lib. 5.cap.4. num.3. Marc. Anton. Genuenſ. in man. Paſtorum. cap. 31.num.3. Molfeſ.in ſum.Theologia moralis tract. 6.cap. 11.num.29. metipſum d.alleg. 53.num.6.& me citato in illo loco Sanctarell. variar. reſolut. quæſt.3.num.1.intelligentes per Chriſtianam charitatem, id eſt, proximiorum vtilitatem, vt ſi aliqua Eccleſia verſatur in magno periculo hæreſis, & Epiſcopi prædicatione poſſet ſuccurri, vel ob pacem Magnatum componendam, dummodo ex tali abſentia in propria Eccleſia non ſequatur notabile detrimentum, quia eſſet contra ordinem charitatis.

ζ Vrgens neceſſitas.] Vide Tolet.d.cap.4.num.4.Barthol. 8.
Carranza in tract. de reſidentia Epiſcop. c.12.verſ.2. Salzed. ad Bernard. in pract. cap.54.lit.C. Valent. d.tom.3. diſp.10. quæſt.3.puncto 5.verſ vrgens neceſſitas, Galet. in margarita caſuum conſcient.verb.reſidentia,Zerol.in praxi Epiſcop p.1.verb. priuatio §.4. dub.1. Azor.d.lib.7. cap.4.q.4.Molfeſ.d.tract.6. cap.11. num.30.Aloyſ.Ricc. in praxi rerum fori eccleſ.reſol. 645. metipſum d.alleg.53. num.7.8. & 9.& me citato Sanctarel.d.q.3.num.2.intelligentes per vrgentem neceſſitatem, vbi Epiſcopus reſidendo graue malum vitæ incurreret vel propter morbum, vel propter aliquam perſequutionem, vel propter aëris intemperiem, vel ab inimicitias, aut ob Principis & populi furorem declinandū. Sed ex S. Thom.2.2.q.185.art.5. colligunt Caiet. Sot. & Miranda, quos refert & ſequitur Vaſq.in opuſc.de benefic. cap.4.§.2.art.1.dub.2.num.135.hoc procedere quoties non immineret detrimentum ouium, nam ſi illud immineret in ſpiritualibus, ex nulla cauſa poſſet abeſſe, quia bonus Paſtor animam ſuam pro ouibus ſuis ponit, vt habetur Ioan.10.& refert Molfeſ.d cap.11.num.31.

η Debita obedientia.] Vide Valent. d.puncto 5.verſ.debita 9.
obedientia, Tolet.d.cap.4.num.7.Salzed.d.cap.54.verſ.tertius caſus,Azor.d.cap.4 quæſt.4.verſ ad tertium. Sanctarell.d.q.3. num.3.metipſum d.alleg.53.num.10.cum ſeqq. intelligentes per debitam obedientiam intelligi quando Papa propter quod negotium ad ſe vocat Epiſcopum.

Obſeruat tamen Azor. d cap.4.q.7. quòd ſi Cardinalis eſſet Antiſtes alicuius Eccleſiæ, & ſummus Pont. vellet vti eius conſilio, ſapientia, & induſtria, ſecum illum retinendo, excuſaretur Cardinalis ipſe Antiſtes tum ratione obedientiæ, tum etiam, quia id diceretur reſultare in commune bonum totius Eccleſiæ: ſed in hoc ſummam prudentium eſſe neceſſariam ad ſciendum an poſſit dari talis excuſatio, obſeruant Vaſq. d.dub.2. à num.141.& Molfeſ.d.cap.11.num.34.

θ Euidens Eccleſię, vel Reip.vtilitas.] Vide Tolet.d cap.4. 10.
numer.3.verſ.quartus, Salzed.d.cap.54. verſ. quartus, Marc. Anton. Genuen.d.cap.31.num.5.Vaſq. d.dub.2.à num.138. Molfeſ. d.tract.6.cap.11.num.36.Sanctarell. d.quæſt.3.num. 5.metipſum d.allegat.53.num.14.intelligentes per euidentem Eccleſiæ vtilitatem, quando nimirum abſunt Epiſcopi ob defendenda iura ſuæ Eccleſię, vel ſi fuerint vocati ad celebrandum Concilium generale. Et addidi d. alleg.53.num.16. quòd Epiſcopus euidenti Reip. exigente vtilitate poteſt eſſe Legatus, ſiue Orator alicuius Principis ſecularis, me citato Alzed.d.p.1.cap.6.num.39.

ι Aut à Metropolitano, &c.] Ad Metropolitanum, vel in 11.
eius abſētia ad Epiſcopum antiquiorem pertinere curare vt Prouinciales Epiſcopi in ſuis Eccleſijs commorentur, & ſuper eorum abſentiam inquirere, referunt deciſum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarrę lib.2. tit. 23. l.2.§.2. ſub tit. vtrùm Epiſcopi poſſint ſe abſentare à ſuis Epiſcopatibus, num.5. & 6. Ego ipſe d.allegat.53. num. 5.in fine,& me citato in illo loco Sanctarell. var.reſol.quæſt.4. num.7.

κ In ſcriptis eſſe approbandas.] Si tamen cauſæ abſentiæ 12.
fuerint legitimæ, & approbatæ à ſuperiore, poſſe Epiſcopos, & alios beneficiarios, qui tenentur reſidere, fructus beneficiorum ſuorum percipere, & retinere, quamuis cauſę non eſſent in ſcriptis approbatę, aſſerunt Leſſi. de iuſtit.lib.2.cap.34.dub.29.num.159.citans Nau.conſ.13.de præbendis, num.1.

λ Niſi cum abſentia inciderit, &c.] quando occurrit vr- 13.
gens neceſſitas, ob quam Epiſcopus non poſſit adire ſummum Pont. nec Metropolitanum poſſe illum abeſſe à ſua Eccleſia ſine alia ſuperioris licentia, reſoluit poſt alios Sanctarell.d.quæſt 4.num.9.

μ Qui aliquantiſper tantùm abſunt, &c.] Quia abeſſe 14.
non dicitur, qui ſtatim eſt reuerſurus l. poſtliminium. §. captiuis, l. nihil. ff de capt. & poſtlim. reuerſ. Gonzal. ad reg.8. Cancell.gloſſ.43 num.5.& faciunt quæ Ludouic.Beia reſponſ. caſuum conſcient. p.4. caſu 21. vbi agit de parocho rurali,



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

qui ſingulis quibuſque hebdomadis in Vrbem venit cauſa inuiſendi parentes. Qui breui tempore aliquo loco aſſiſtit, ibi commorari, aut reſidere non creditur, Narbona *l.10.gloſſ.2.nu.12.tit.6.lib.1.Recop.* vbi *numeris ſeqq.* multis id comprobat, & præcipuè *num.26. & 27.* per doctrinam Bartoli communiter recepti reſoluit quòd ſi quis in carcere, & vinculis detinebatur, inito fugæ conſilio euaſerit, & poſtea reuertatur, non dicitur aufugiſſe, nec à carcere vnquam receſſiſſe: & deinde quòd à Magiſtratu pęna conſtituta domū exire iuſſo, ſi ille diſceſſerit, ac poſtea locum reingreſſus fuerit, præcepti fracti pęnam non patietur, cùm exijſſe non videatur nec, alibi ſtitiſſe qui ſtatim domum reuerſus eſt.

15. *p Nullo pacto debere duos, aut ad ſummum tres menſes*, &c.] Epiſcopos poſſe à ſuis Eccleſijs abeſſe ad ſummum ſingulis annis per tres menſes, ſiue continuè, ſiue interruptè ſine alia ſuperioris approbatione, nec tunc amittere fructus, dummodo tamen ex cauſa rationabili, non tamē in Aduentu, Quadrageſima, Natiuitate Domini, Reſurrectione, Pentecoſtes, & feſto Corporis Chriſti colligunt ex hoc text Valent. *tom.3.diſp.10 quæſt.3 puncto 5.verſ. ſecundò certum eſt.* Leſſi. *d.lib.2.cap.34.dub.29.num.155.* Sanctarel. *d.q.4.num.5.* Ego ipſe *d.alleg.53.num.8.* Alzed.. *d.p.1. cap.6.num.12.*

16. Hoc ſpatium abſentiæ concedi Epiſcopis cauſa animum relaxandi, dicit Azor. *d.p.2.lib.7.cap.4.quæſt.1.* quem refert Sanctarel. *d.num.5.in fine.*

17. *ξ Eum pro rata temporis*, &c.] Epiſcopos, & alios beneficiarios habentes beneficia curata, ſi abſque legitima cauſa à ſuis Eccleſijs abſint, teneri pro rata temporis, quo abſunt, fructus reſtituere, reſoluunt Valent. *tom.3. diſp.10.q.3.puncto 5. verſ.quintò certum eſt* Leſſ. *de iuſtit.lib.2. cap.34.dub.29.num.157.* Nicol. Garc. *de benefic.p.3. cap.2. nu. 26.* Sanctarel. *d.q.4.n.1.* Ego ipſe *d.alleg.53.n.93.* Aldez. *d.p. 1.cap.6.num.11.*

18. *o Alia etiam declaratione non ſequuta.*] Epiſcopos, & alios habentes curam animarum, teneri reſtituere fructus ante vllam ſententiam ſi non reſideant, tenent Driedon. *de libertate Chriſtiana libro 2. cap.4.* Cou. *libro 3. var. cap.13.* Valent. *dict. quæſtione 3. puncto 5. verſ. propterea hinc etiam,* Tolet. *dict. libro 5. cap.4. numero 1.* Azor. *dict. part. 2. libro 7. cap.6. quæſtione 2.* Poſſeuin. *dict. cap.1. numero 32. verſ.3.* Vgolin. *dict. cap.15.§.4. numero 2.* Sanctar. *dict quæſtione 4 num.4.* vbi *numero 5.* aduertit ante Concil. Trid. nonnullos putare tales beneficiarios non fuiſſe obligatos reſtituere fructus in abſentia ante iudicis ſententiam, Ego ipſe *de officio & poteſt. Parochi cap.8. numero 69.*

19. Non licere Epiſcopo à ſua Eccleſia abeſſe, niſi ob aliquam cauſam, ex connumeratis *in hoc cap.* refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauar. lib.2. tit. 23.l.2.§.2. ſub tit. vtrùm Epiſcopi poſſint ſe abſentare à ſuis Epiſcopatibus, num.4.*

20. Epiſcopum reſidentem in ſua diœceſi liberum eſſe à reſidentia ſuarum Dignitatum, & beneficiorum ſimplicium, quæ obtinet in alia diœceſi, nec aliud amittere niſi quotidianas diſtributiones, & alias, ſi quæ ſint, quæ abſentes iuſta de cauſa non percipiunt, reſolutum atteſtatur Armendar. *loco proximè citato, num.3. & 7.*

21. *ϖ Fabricę Eccleſiarum, aut pauperibus*, &c.] Reſtitutionem fructuum ob non reſidentiam amiſſorum per hunc tex. faciendam eſſe fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus, nec obtineri poſſe compoſitionem, reſoluunt Nauarr. *in man. cap.25.num.121. & conſil.20. de celebr. Miſſ. num.4.* Henriq. *in ſumm. lib.7.c.36.§.3.* Fr. Emman. *in explic. Bullæ compoſit. num. 18.* Garc. *d.cap.2.num.30.* Sanctarell. *d.q.4.num.2.*

22. *ρ Eadem omnino etiam quoad culpam, amiſſionem fructuum,* &c.] Parochos ſi à ſuis Eccleſijs abſque legitima cauſa ab Epiſcopo cognita, & approbata in ſcriptis, abſint vltra bimeſtre tempus, peccarę mortaliter, & fructus pro rata temporis amittere, ex hoc text. colligunt Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.1.q.10.num.32.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. patr.2. cap.2. numer.15.* Leſſ. *de iuſtit. libro 2. cap.34. dub.29. numero 159.* Vgolin *de officio Epiſcopi cap. 15.§. 4. numero 2. & §.5. numero 2. in fine.* Ego ipſe *dict. alleg.53. num.93.* me citato Sanctarell. *d.q.4.num.10.*

23. Fructus non reſidentium amittuntur dumtaxat pro rata illius temporis, quo quis abeſt ſine licentia, nec poteſt componi reſtitutio debita fructuum male perceptorum cum obtinentibus Bullam Cruciatæ, vel vigore aliorum priuilegiorum, & facultatum obtentarum per Concil. vt refert deciſum Garc. *dict. part.3. cap.2. numero 26.*

24. Fructus non reſidentium, de quibus in hoc decreto, debet Epiſcopus ordinarius applicare fabricare Eccleſiæ parochialis, etiamſi non indigeat, nec pauperes intra limites reperiantur, quæ poteſt tamen indies indigere quoad ornamenta, reſolutum atteſtatur Garc. *dict. p.3. cap.2. num.31.*

25. *σ Et alijs quibuſcunque, qui beneficium aliquod*, &c] Quod de parochis dictum eſt, idem quoque dicendū de alijs, qui habent beneficia curata, aſſerunt Valent. *d.tom 3. diſp. 10.q.3. punct.5. verſ. præcepit etiam.* Leſſ. *de iuſtit. lib.2. cap.34. dub.29. num 160.* Sanctarell. *d.q.4. num.17.* & ſic in his requiritur reſidentia.

26. Primò in obtinente Parochialem, quamuis tenuem, Rebuff. *in tract. nominat. quæſt.9. num.27.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. num.294. verſ. ſi obijcies.* Ego ipſe *d. p.3. alleg.53. num.70.* me citato *in illo loco,* Sanctarell. *var. reſolut. quæſt.4. num.45.*

27. Secundò in poſſidente Parochialem, in qua remanſerunt tantùm tres, vel quatuor incolæ, Nicol. Garc. *de benef. p.3 cap.2. num.179.* Armendar. *in addit ad recopil. legum Nauarræ, lib.2. tit.23.l.2.§.2. ſub tit. ſed an parochi debeant reſidere in ſuis curatis, num.142.* niſi parochialis Eccleſia in totum parochianos habere deſierit, Anton. Ricciul. *de iure perſonarum, lib.1. cap.14.*

28. Tertiò in Rectore, qui habet vicarium perpetuum in eius parochia, ſiue rectoria, poteſt enim, & debet compelli ad perſonaliter reſidendum, niſi tota cura animarum tranſlata fuerit legitimè in ſolum vicarium perpetuum, refert deciſum Nicol. Garc. *dict. part.3. cap.2. num.175.*

29. Quartò in obtinente Eccleſiam baptiſmalem cui incumbit ſola cura baptizandi omnes infantes oppidi, & exiſtentes ſub cura Archipresbyteri, quia ad minus tanquam coadiutor Eccleſię parochialis tenetur ad reſidentiam, ita refert deciſum Armendar. *d.loco num.178.* quem citaui *de officio & poteſt. Parochi, cap.8. num.7.*

30. Quintò in obtinente Eccleſiam parochialem pro prouiſionem Sedis Apoſt. & habente liberum curæ exercitium, & omnium bonorum, fructuum, & prouentuum ad dictam Eccleſiam parochialem pertinentium poſſeſſionem, licèt in limine adeptæ poſſeſſionis prædictæ mota lis fuerit per aliquem in petitorio, vt reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. reſolut.393. num.5.* quem refero *d.cap.8. num.8.*

31. Sextò in Archipresbytero Tyraſſonen. quia tenetur ad reſidentiam, cùm nihil quoad illam fuerit innouatum per Bullam Sixti IV. erectionis de vicaria in dignitatem, ita Sel. *in ſelect. canonic. cap.3. num.8.* vbi atteſtatur deciſum *in Tyraſſonen. 4. Maij 1619.*

32. Septimò in Capellano coadiutore Rectoris parochialis inſtituto auctoritate Apoſtol. quia tenetur ad perſonalem reſidentiam ſicut Rector ipſe, ita referunt deciſum Gonzal *ad reg.8. Cancel. gloſſ 5.§.9. num.17.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon rub.7. cap.6. num.104.* Armendar. *d.loco num.127. verſ. an capellani, & num.157.* Galet. *d.verb. reſidentia 1.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.2. cap.3. num.27.* Vgolin. *de officio Epiſcop. c.15.§.3 num.3 verſ. poſtremò,* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. reſolut.393. ampl.5.* Monet. *de opt. canon. cap.4 quæſt.8. num.157.* Ego ipſe *d.alleg.53. num.78.* me citato Sanctarell. *d.q.4. num.17.*

33. Octauò in coadiutore etiam perpetuo, qui reſidere tenetur ſicut verus curatus, quamuis in alijs beneficijs ſeruiret in Cathedralibus, ita refert deciſum Garc. *d.p.3. cap.2. num.167.* Armendar. *d.loco num.172.*

34. Nonò in Inquiſitore parocho, quem propter officium à reſidentia Parochialis non excuſari, reſoluunt Gonzal. *d.gloſſ.6. num.265. & gloſſ.43. num.164.* Aloyſ. Ricc. *d.reſolut. 393. num.3.* Ceuall. *commun. contra commun. q.585 num.12.* Ego ipſe *d. alleg.53. num.156.* & me citato Sanctarel. *var. reſol. q.11 num.4.* contra Spin. & Cened. per me citatos.

Decimò

35. Decimo in ſubcollectore Apoſt. parocho, hunc enim non excuſari à reſidentia Parochialis ex deciſione Congregat. tenent Gonzal. *d. gloſſ.6. num.266.* Garc. *d. p.3. c.2.nu.42.in 3.declar.* Vgolin.*d.c.15.§.3 nu.5.verſ.decimo.* Armendar. *d. loco num.*168. Aloyſ. Ricc. *d reſolut.393.nu.4.*

36. Vndecimo in habente beneficium curam iuriſdictionalem habens, hunc enim teneri reſidere, & Sacris initiari, refert deciſum Armendar. *d. loco num.173.*

37. Duodecimò in Præpoſito iuriſdictionalem tantùm curam habente, hunc enim comprehendi in Bulla Pij V. de reſidentia parochorum, quæ incip. *Cupientes.* referunt deciſum Garc. *d. cap.2. num.179. in* 10. *declar.* & Armendar. *d. loco num.*140.

38. Decimotertiò in Commendatario curam animarum iuriſdictionalem habente, per omnia enim æquatæ ſunt hodie commendæ titulis, ita refert deciſum Garc. *d p.3. cap.2. num.*166.

39. Decimoquartò in habente duas Parochiales vnitas perpetuò inuicem æquè principaliter, & non vnam alteri acceſſoriè, ambaſque pares, itaut vna non ſit dignior, & principalior altera, hunc enim poſſe in qua maluerit reſidere, aſſerunt reſolutum Garc.*d.cap.2.num.*179.*in* 16. *declar.* Armendar. *d. loco num.*144.

40. Decimoquintò in habente parochialem Eccleſiam cum Canonicatu, quia adhuc in Parochiali reſidere debet, iuxta Bullam Pij V. quæ incip. *Cupientes,* & percipere fructus præbendę, & ſolùm eius diſtributiones quotidianas perdit, vt refert deciſum Armendar. *d. loco num.*135. ſubdens quòd ſi Canonicatus eſt in eodem loco, vt Parochialis eſt, poterit vtrique ſeruire, & quotidianas diſtributiones percipere, & citat Garc. *d. p.3. cap.2. nu.*179. *in 7.declar.* Vnde reſidentem in Parochiali, quæ non longè abeſt à Collegiata, in qua Canonicatum obtinet, diebus ferialibus ad Eccleſiam collegiatam accedere, & in ea diuinis inſeruire poſſe, dummodo omnibus diebus, & horis ſuis, & congruis Parochiali inſeruiat, & nihil prorſus relinquat ex debito ſeruitio ipſius Parochialis, deciſum referunt Garc. *d.num.*179. *in* 8. *declar.* & Armendar. *d. loco num.*136.

41. Decimoſextò in obtinente Canonicatum, cui ſit vnita Parochialis ad vitam obtinentis tantùm, hunc enim teneri in Parochiali reſidere aſſerunt reſolutum Garc.*d. num.*179. *in* 13. *declarat.* Armendar. *d.loco num.*137.

42. Parochus Eccleſiæ in qua fuit conſtitutus Capellanus, cui ex inſtitutione capellaniæ impoſita fuit tota animarum cura, ſeu perpetua vicaria quoad Capellanus vixerit, non tenetur in ea reſidere, refert deciſum Garc. *d. cap.2. num.*176.

43. Parochialem obtinens, in qua vicarium perpetuum legitimè inſtitui obtinuit, eo viuente reſidere non tenetur, vt refert deciſum Armendar. *d loco num.*193. Vnde ſi deputatus fuerit vicarius amouibilis, cùm iſte arguat curam eſſe penes deputantem, hunc ideo teneri ad reſidentiam referunt deciſum Garc. *d.cap.2.num.179.in* 11. *declarat.* Armendar. *d. loco num.*141. Ego ipſe *in collect. ad cap.vlt. de offic. vicar. num..*

44. Monaſterium, ſeu Abbatiam, quæ cura, & conuentu caret, obtinens non tenetur reſidere, vt per Nicol. Garc. *d. num.*179. *in* 9. *declar.* Armend.*d.loco num.*139. quos refero *de officio,& poteſt. parochi.cap.*8. *num.*6.

45. Parochum debere reſidere in domo ipſius Parochialis, quatenus eam habeat, aliàs in alia, quæ ſit intra limites parochiæ, aut ſaltem ita vicina parochiali Eccleſiæ, vt inde cōmodè poſſit per ſe ipſum ei inſeruire, habitare teneri, referunt deciſum Garc. *d. cap.2. num.*179. *in* 21. *declarat.* Armendar. *d.loco num.*149. *&* 150. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curię Archiep. Neapol. p.4.deciſ.*41. Ego ipſe *d. alleg.* 53. *num.*71. me citato Sanctarel. *var. reſol. q.4. num.*49. Si enim non habet ibi domum propriam, aliquam conducere debere pariter reſolutum aſſerit Nicol. Garc. *dicto num.*179. *in declar.*21. Sel. *in ſelect. Canon.cap.3. num.*8. vbi teſtatur ſic fuiſſe deciſum *in Sarzanen.*13. *Nouembris* 1627. dum ibi fuit dictum, parochum non excuſari quin intra parochiam reſidere debeat, quamuis non adſit commoda domus parochialis, & ſit magna aëris intemperies, & retineat capellaniam in parochia, & ipſe accedat ſingulis diebus feſtis, & fuit ordinatum quòd intra menſem conduceret domum in parochia, & intra ſex menſes domus parochialis reaptetur. Quare minus excuſaretur Parochus à reſidentia ſi prætextu docendi Grammaticam in ciuitate per duo milliaria diſtāte à ſua parochiali, abeſſet diebus ferialibus, quamuis ſingulis feſtis ad eam accederet, vt referūt deciſum Garc.*d.nu.*179. *in* 19.*declar.* Armend.*d.loco nu.*147. Sanctarel.*d.q.3.nu.*33. Ego ipſe *d alleg.*53. *num.*75. vbi *num.*76. id amplio, etiamſi non inueniretur alius idoneus ad legendum.

Parochialis Eccleſia licèt ſit in loco vbi minor pars 46.
parochianorum inhabitat, & maior pars habitat longè in oppidis, nihilominus parochum habitare teneri prope Eccleſiam in ciuitate, ſuccurendo illis, qui longè habitant ſecundùm loci antiquam conſuetudinem, per *cap.* 4. *ſeſſ.*21. referunt deciſum Garc. *d. num.*179. *in* 20. *declar.* Armendar. *dict.loco num.*148. Sanctarel. *dict.quæſt.*4. *num.*46.

Parochum teneri reſidere perſonaliter, & non alio 47.
modo ſatisfacere muneri ſuo, etiamſi populo per alium æquè bene, & fortè meliùs ſeruiatur, reſoluit Poſſeuin. *de officio Curati.cap.*1. *num.*8. quem refero *de officio,& poteſt. Parochi. cap.*8. *num.*40.

Parochi cogendi ſunt ad ſubeunda per ſe ipſos, & non 48.
per ſubſtitutos, ea munia, ad quæ tenentur: tolerandi autem, vt per ſubſtitutos ſuppleant in illis tantùm caſibus expreſſis verbis canonum, & decretorum Concilij, quibus permiſſum eſt eis, vt per vicarios coadiutores, poſſint officio ſuo fungi, ita refert deciſum Garc. *in addit. ad ſuum tract. de beneſic. p.3. cap.2. num.*53.

Reſidentiam continuam, & talem ſui copiam facere 49.
debet parochus, vt indigentes non careant neceſſaria ope, ſed non arctatur vt debeat manere quaſi in compedibus, niſi habeat infirmos graues, ita Poſſeuin. *d. cap.* 1. *num.*6. quem refero *d. cap.*8. *num.*42. *&* 43. vbi *num.* 44. dico quòd ſi Parochus rationabiliter iudicauerit, puta quia nullus infirmatur, poteſt abeſſe per aliquas horas, etiamſi nullum ſubſtituat; abeſſe verò tota die, quādo nullus infirmatur, raro in anno nec laudo, nec vitupero; abeſſe autem per duos, aut tres dies, nullo infirmante, & nulla alia cauſa iuſtificante, habet valde de rationabili eſſe mortale, propter multa quæ poſſunt eo tempore euenire, maximè in villis vbi non eſt alius Sacerdos à parocho: in ciuitatibus verò, vel in oppidis vbi ſunt alij Sacerdotes, erit maius minuſve peccatum ratione periculi, & damni euenturi, cui tamen facilius quàm in illis poteſt obuiari.

Epiſcopum poſſe prohibere parochis ſub pęna pecu- 50.
niaria, quæ tamen dimidiam non excedat, ne vltra biduum a ſua Eccleſia abſint, non tamen id prohibere poterit ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, deciſum referunt Garc. *d.cap.2.num.23.declar.2.* & Armendar. *d. loco num.*156. ſed ſub pœna pecuniaria eſſe permiſſum; ait Sel. *d. cap.3. num.*16. atteſtans ita fuiſſe deciſum *in Terracinen.*11. *Februarij* 1628. *& in Monopolitana* 16. *Decembris eiuſdem anni.*

Valere conſtitutionem Epiſcopi ne parochi poſſint 51.
abeſſe vltra duos dies ſine licentia, refert deciſum Garc. *d.cap.2.num.23.in* 1. *declar.* Armendar. *d. loco num.*155.

ꝛ *Cauſa prius,* &c.] Parochos iuſtam cauſam non reſi- 52.
dendi minimè habere, quamuis in ſeruitio Epiſcopi, aut Eccleſiarum Cathedralium permaneant, vt nempe ſint Vicarij Viſitatores, Secretarij, Fiſcales, &c. reſoluunt Emman. Sà *verb. reſidentia num.*1. Gonzal. *d. gloſſ.6. num.* 258. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.*502. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.*393. *in 2. edit.* Piaſec. *in praxi Epiſcop.p.2. cap.3. num.*27. Nicol. Garc. *d. cap.2. num.*42. Armendar. *d. loco nu.*166.167.*&* 172. Poſſeuin.*d.cap.1. num.*12. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. parochus, differ.3.* Bonacin.*var. tract. diſp.5. de onere,& oblig. beneſic. puncto 5.num.14.* Alzed. *in pract. Epiſcop. p.1. cap.5. num.*128. Ego ipſe *d alleg.*53. *num.*85. me citato Sanctarel. *var. reſol. q.* 3. *num.*49. Sel. *d.cap.3. num.*12. vbi atteſtatur *ſub die* 12.

*Maij* 1629. fuiſſe deciſum parochum habentem curam 53.
animarum non poſſe eſſe vicarium Epiſcopi, vel Capituli Sede vacante; niſi Eccleſiæ cathedralis Parochus ſit,

quia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia tunc bene poſſe vicariatus officio fungi, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curię Archiep. Neapolit. p.4. deciſ.319.*

54. Nec iuſtam cauſam non reſidendi habere Parochos Inquiſitoris, vel Subeollectoris officium exercentes, reſoluunt citati *ſuprà in verſ. nono, & decimo*.

55. Nec etiam iuſtam cauſam non reſidēdi habere obtinentes Eccleſias parochiales ſi velint ſtudere, nec ſic abſentes poſſe percipere fructus, aut vllam ad hoc Epiſcopum licentiam concedere referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *d. reſol.393. in fine, & reſol.310. num.1.* Proſp. de Auguſtino *in addit. ad Quarant. verb. reſidentia, verſ. item limita,* Gonzal. *d. gloſſ.6. nu.251.* Garc. *d. c.2. n.80. & 81. in addit.* Ego ipſe *d. alleg.53. nu.77.* me citato Sanctarel. *d. q.3. num.25.* & Alzed. *in praxi Epiſcop p.2 cap.9. num.37.*

56. Nec propter intemperiem aeris Parochum inde oriūdum excuſari à reſidentia, vt alibi poſſit habitare, etiam relicto vicario approbato, reſoluūt Vgolin. *de offic. Epiſcop. c.15. §.3. verſ. ſexto.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verb. reſidentia, §.7.* Armend. *d. loco nu.132.* aduertentes quòd ſi Rector infirmus eſſet, & in loco Parochialis curari nō poſſit defectu Medicorum medicinarumve, tunc poſſet ab Ordinario dari ei dilationem trium, aut quatuor menſium, vt in locis vicinioribus maneat recuperandæ ſanitatis cauſa, interea ab ipſo Ordinario in Parochiali idoneo vicario cum congrua portione ex redditibus Parochialis cōſtituto, & ideo Armend. *d. loco nu.18.* aſſerit deciſum cum Ordinarij conſenſu intemperiem aeris excuſare à reſidentia.

57. Nec propter inimícitias capitales videtur excuſandus parochus à reſidentia, quamuis olim Epiſcopi diſpenſare ſolerent vt ipſe parochus, cuius inimicitiæ abſque ſua culpa, & poſt obtentam Parochialem exortæ fuerūt, per annum in alio viciniori, & tutiori loco manere poſſit, & creſcentibus inimicitijs daretur alius annus, dummodo ſemper in Parochiali expenſis parochi maneret idoneus vicarius, vt teſtantur Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verb. priuatio §.4. dub.1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. reſol.645. in 2. edit.* Bonacin. *var. tract. diſp.5. de onere & oblig. benef. punct.5. num.2.* Armendar. *d. loco num.133.134. & 182. cum ſeqq.* Tamen hoc iam hodie ſpectat ad ſacram Congregationem negotijs Epiſcoporum & Regularium prępoſitam, quę ſolet ſex menſes talibus concedere, ad effectum, vt interim aut reſignent, aut permutent, vt per Sel. *d. cap.3. num.14.* qui teſtatur ita fuiſſe deciſum ab eadem *S. Congregat. in Boianen. 15. Februarij 1619.*

58. Nec propter parochi ſenectutem, licèt Ordinarius iā præuideret illius inſufficientiam, apponendo idoneum vicarium cum aſſignatione congruæ portionis ex ipſius Parochialis redditibus, ſecundùm Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verb. reſidentia, §.9.*

59. Nec etiam eſt cauſa ſufficiens non reſidendi infirmitas parochi, etiam ſi ratione illius datus ei fuiſſet coadiutor, vt refert deciſum Armendar. *d. loco num.129.*

60. Nec denique cauſa peſtis licet parochis abeſſe, quia ſi non reſederint, contra eos procedendum eſt, ſeruata forma huius cap. quamuis per alios idoneos miniſtros parochianis ſuis peſte infectis poſſint miniſtrare ſacramenta Baptiſmi, & Pœnitentiæ, ita Sel. *d. cap 3. nu.17.* atteſtans ita fuiſſe deciſum inſtante S. Carolo in Mediolanen. 10. *Decembris 1576.*

61. *u Per Epiſcopum cognita.* ] De cauſis abſentiæ etiam ab Eccleſijs parochialibus, quarum collatio ad inferiores ſpectat, etiamſi inferiores eſſent Abbates Regulares, Epiſcopnm cognoſcere deciſum referunt Garc. *p.3. cap.2. num.179. in 2. declar.* & Armend. *d. loco num.153.*

62. An iuſtam cauſam abſentiæ iudicialiter probare debeat parochus? vide Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curię Archiepiſcop. Neap[o]lit. p.2. deciſ.152.*

63. [illegible] *[…]um idoneum ab ipſo Ordinario approbandum,* &c.] Erg[o] [illegible] modo poſſe parochum relinquere vicarium, ſeu ſ[ubſti]tutum, etiam idoneum, & admiſſum in illo Epiſco[p]atu pro adminiſtratione Sacramentorum, inconſulto Epiſcopo, ex hoc text. colligit Poſſeuin. *de officio Curati, cap.1. numer.19.* ſubdens illum poſſe ſine Epiſcopi approbatione relinquere ſubſtitutum ſi abſit per ſex, vel ſeptem dies, ita declarante vniuerſali conſuetudine, niſi Epiſcopus per ſuas conſtitutiones inhibeat, & addit vicinum Curatum poſſe ſubſtitui, quia licèt non habeat ordinariam iuriſdictionem niſi ſuper gregem ſuum, tamen eſt ita admiſſus, vt ei aliqua iuriſdictio delegari poſſit, refero *de officio & poteſtate Parochi, cap.8. num.52. & 53.*

*x Cum debita mercedis aſsignatione,* &c.] Notat Poſſe- 64.
uin. *dict. cap 1. num.20.* quòd ſi ſubſtitutus, vel Vicarius voluerit ſeruire gratis, non tenetur Parochus, cùm iuſta de cauſa abeſt, illi in conſcientia aſſignare partem fructuum pro debita mercede, refero *dict. cap.8. numero 53.*

*y Diſcedendi autem licentiam,* &c. ] Expreſſam ſcili- 65.
cet, vt per Garc. *dict. cap.2. numer.35.* Armendar. *dict. loco numer.164.* meipſum *dict. allegat.53. numer.95.* & me citato Sanctarel. *var. reſolut. quæſt.4. numer.16.* Vbicunque enim ex legis diſpoſitione licentia ad aliquem actum deſideratur, neceſſariò licentia expreſſa eſſe debet, & perſpicuis verbis concedi, itavt nec tacitus conſenſus ſufficiat, vt per Suar. de Paz *in pract. tom.1. temp.2. numer.27. cum ſeqq.* D. Barboſ. *l.1. artic.3. numero 183. cum ſeqq. ff. de iudic.* latè Narbona *l.10. gloſſ.3. numero 3. tit.6. lib.1. Recop.*

Sola diſtantia loci etiam cum neceſſitate eò diſce- 66.
dendi non excuſat parochum vt poſſit abeſſe à ſua Eccleſia ſine licentia in ſcriptis obtenta, niſi talis repentè ſe offerat, quæ non patiatur dilationem huiuſmodi licentiam petendi quo caſu quamprimum de diſceſſu, & neceſſitate Ordinarius certior faciendus eſt, vt de cauſa cognoſcere poſſit, ita Garc. *d. cap.2. numero 34. in 1. declar.* Armendar. *d. loco num.162.*

Parochum ſine licentia Epiſcopi ex iuxta cauſa in 67.
ſcriptis concedenda non poſſe abeſſe etiam primo bimeſtri, reſoluunt Ioan. Ocon. *in repet. cap.1. de cleric. non reſid. in 6. num.51.* Anton. Gom. *in explicat. Bullæ Cruciatæ cap.7. in 4. clauſ. num.22.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.15. §.5. num.2.* Poſſeuin. *dict. cap.1. num.11.* Leſſi. *de iuſtit. libro 2. cap.34. dub.29. num.159.* Vaſq. *in opuſc. de benefic. cap.4. §.2. artic.1. dub.3. num.149. & art.2. dub.3. numero 188.* Filliuc. *in quæſt. moral. part.3. tract.41. cap.6. numero 26.* Squillante *de obligat. cler. part.1. numero 116.* Sanctarel. *dict. quæſt.4. numero 12.* Garc. *d. cap.2. num.23. in 1. declar. & p.9. cap.2. num.295. in 2. dub.* quia Concil. in præſenti ait quandocunque eos abeſſe contigerit, debere cauſam eſſe priùs cognitam, & probatam per Epiſcopum.

Contra Ludouic. Lop. *in inſtruct. conſcient. tom.1. cap.148.* Ioan. Bapt. Conrad. *in reſp. caſuum conſcient. quæſtione 137.* Læli. Zech. *de caſibus reſeru. caſu 3. & de republ. Eccleſ. tit. de beneficiatis, nu.6.* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap 52. littera C. verſ. illud verò,* Cened. ad Sextum *collect.30. num.3.* Emman. Sà *in aphor. verb. reſidentia num.7.* Quintanad. *Eccleſiaſt. lib.4. num.76.* Paul. Comit. *reſp. moral. lib.1. queſt.59. num.3.* Zerol. *in praxi Epiſcopi p.1. verb. priuatio §.4. dub.3. & verb. Parochus §.2.* Fr. Leo. *in theſauro fori Eccleſiaſt. part.3. cap.1. num.19. & 21.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.7. cap.4. queſt.10.* Fr. Emman. *in ſumm. tom.2. cap.36. in fine, & in explicat. Bullæ Compoſitionis num.18.* Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.585. num.6.* Sanch. *de matrim. lib.2. diſput.31. num.11.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Parochus, differ.5. num.1.* Bonacin. *var. tract. diſput.5. puncto 5. num 9.* exiſtimantes poſſe Parochum ſine licentia Epiſcopi ex iuſta cauſa abeſſe ad duos menſes continuè, vel diuiſim.

Non poſſe Parochum per hebdomadā abeſſe non 68.
petita, vel non obtenta licentia, etiam relicto vicario idoneo ab ipſo Ordinario approbato, deciſum referunt Garc. *d. cap.2. num.23. in 3. declar.* Armendar. *dicto loco num.157.*

Per motum proprium Pij V. publicatum de menſe 69.
Iunij 1568. ſuper reſidentia Canonicorum habentium Parochiales non fuiſſe ablatum Ordinarijs facultatem, ita & taliter quòd non poſſint iuxta formam Concilij Trident. aliquibus iuſtis de cauſis licentiam concedere recedendi à Parochiali ad aliquod tempus, modò ea vtatur intra limites præſcriptos à Conc. in præſenti, refe-

runt

xunt deciſum Garc. *d. cap.2. num.*179. Armendar. *d.loco num.*87.

70. *ω. Niſi ex graui cauſa,* &c.]Parochum petentem licentiam fingendo cauſam iuſtam, quam re vera non habet, peccare mortaliter, & teneri reſtituere fructus, reſoluunt Azor. *dict.p.2.lib.7.cap.10.quæſt.3.* Poſſeuin. *d.c.1. num.24.* Ego ipſe *d. alleg.53.num.99.*me citato Sanctar. *d.quæſt.4.num.15.*

71. Parochus habens iuſtam cauſam abeundi extra parochiam per duos menſes, aut tres, non ſatisfacit ſuæ conſcientiæ ſi petat licentiam iurans ſe grauem habere cauſam, quam non expediat manifeſtare, vt petita licentia abeſſe poſſit, licet Epiſcopus non concedat, ſimiliter quòd abeſse non poteſt in caſu quo cauſam rationabilem expreſsent. quam vir bonus, & æquus rationabilem iudicaret, ſed rigidus Prælatus minus æquam iudicat, & licentiam denegat, vel quia monetur ſuſpicione quòd ficta ſit, cùm tamen ſit vera, ſed habere poteſt reuerſum ad ſuperiorem. Ita deciſum referunt Garc. *d. cap.2.num.37.* Armendar. *d. loco num.155.* Squillante *de obligat. cleric. p.1. num.117.* Ioan. Valer. *d.verb. Parochus. differ.5.num.1.*

72. *αα Et ſubtractionem fructuum,* &c. ]Epiſcopus quoties in pœnam omiſsæ reſidentiæ vult ſubtrahere partem fructuum, quos ſuos fecerunt Parochi, tenetur obſeruare eadem interualla, eandemque rationem, quæ contra Epiſcopos non reſidentes ſtatuit *cap.1. ſeſſ.6. de reformat.* Non verò tenetur ſeruare eadem interualla in executione facienda ſuper illis fructibus, quos Parochi pro rata temporis abſentiæ ſuos non fecerunt. Ita refert deciſum Garc. *d.cap.2. num.32.*

73. *ββ Etiam vſque ad priuationem.*] Vt quis parochia legitime priuetur ob non reſidentiam Iuris ordine ſeruato, quæ ſint attendenda, dixi *de officio, & poteſt. Parochi cap.8. num.75.* & in hac materia eſt optima deciſio Rotæ 137. apud Farin. *part.1. in poſthum.* vbi *num.1.* decidit quod ad effectum priuationis, vel debet interuenire vna citatio perſonalis, Abb. *in cap. ex tua num.10. de cler. non reſid.* vel tres in Eccleſia, & à die vltima expectari ſex menſes, *d.cap. ex tua,* Abb. *conſ.67. num.2. lib.1.*

74. Ad priuationem Parochi ob non reſidentiam non eſſe neceſſarium quòd priùs procedatur per alias pœnas, nempe per cenſuras Eccleſiaſticas, ac ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliaque iuris remedia, tenet Garc. *in addition. ad d. cap.2. ſub num.139.* aſserens id euenire, quia Concil. in præſenti hoc relinquit arbitrio Ordinarj. ibi, *liberum eſſe vult Ordinarijs,* licet de Iure communi requiri viderentur *in cap. ex tua, §.1. de cleric. non reſident.*

75. *γγ Compellere.* ]Arbitrij eſt Epiſcopi qua via, & quo remedio ex ijs vti velit contra non reſidentes, vt refert deciſum Garc. *d.cap.2. num.139.*

76. *δδ Nec executionem hanc quolibet priuilegio,* &c.] Generaliter accipiendum eſſe hoc decretum contra abſentes ſiue obedientes, ſiue contumaces, reſoluunt Ioan. Ocon. *in cap.1. num.60. de cleric. non reſid. lib.6.* Sahag. *in cap.2. de ſequeſt. poſſeſ. num.54.* Anton. Gom. *in explicat. Bullæ Cruciatæ cap.7. ad 4. clauſ. num.35. & 36.* quos refert & ſequitur Garc. *d.c.2. num.161.*

77. *εε Sine appellatione.* ]Solùm tollere appellationem ſuſpenſiuam, non verò deuolutiuam, tenent Stephan. Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. quintò quæro,* Garc. *d.cap.2. num.161.* Salgado *de protect. regia tom.1.p.2.cap.15.ex num.8.*

78. *ζζ Vigore Eugenianæ conſtitutionis.* ] Derogari his verbis Eugenij IV. conſtitutioni emanatæ ad declarationem text. *in cap. cùm dilectus, de cleric. non reſid.* concedenti omnibus Romæ permanentibus vt in abſentia poſſent percipere fructus, atteſtantur Ioan. Ocon. *in reper. cap. vnic. de clericis non reſid. lib.6. num.59.* Fr. Emman. *in addit. ad §. vnic. Bullæ Compoſitionis num.4. verſ. quanto à la ſegunda,* quos referunt & ſequuntur Cened. *pract. & canon. q. lib.1 quæſtione 1. num.31. verſ. pro vera.* Sanctarel. *var.reſol. quæſt.16. num.2.* vbi à principio illius quæſt. probare nititur non derogari per text. in præſenti conſtitutioni eiuſdem Eugenij IV. incip. *Qui creditum, ſub dat.6. Kal. Martij 1431.* quæ refertur à Nicol. Garc. *de benefic. part.3. cap.2. num.58.* per quam conceſſum fuit Vniuerſitati Salamantinæ vt Doctores, & ſcholares in quacunque facultate per octo menſes continuos, vel interpollatim legendo, aut aliàs huiuſmodi litterarum ſtudio inſiſtendo, fructus ſuorum beneficiorum cum cura, & ſine cura quæ obtinent, ac impoſterum obtinebunt, quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis, liberè percipere valeant, cum ea integritate, cum qua illos perciperent, ſi in proprijs Eccleſijs perſonaliter reſiderent.

*Cathedralium præfecti vltra tres menſes conſecrationem differens, fructibus perceptis reſtituendis ſunt obnoxij, & totidem menſibus abſentes, ſunt ipſis Eccleſijs ipſo iure priuati.*

## CAPVT II.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Menſes tres ad conſecrationem Epiſcopi à die confirmationis ſunt numerandi.*
3 *Impedimentum non excuſat niſi impeditus probet ſe omnem adhibuiſſe diligentiam vt impedimentum ceſſaret.*
4 *Locus idoneus pro Epiſcoporum conſecratione, ſi extra Curiam fiat, eſt Eccleſia ad quam promoti fuerint.*
5 *Conſecrationi Epiſcoporum Canones conſtituerunt peculiare tempus, ſcilicet diem Dominicum.*
6 *Epiſcopi conſecratio cum Miſſa facienda eſt.*
7 *Conſecratio cuiuſlibet Epiſcopi fit à tribus Epiſcopis, & non paucioribus.*
8 *Papa concedere poteſt vt vnus Epiſcopus iuſtis de cauſis Epiſcopum conſecret.*

ECcleſijs [a] cathedralibus, ſeu ſuperioribus, quocumque nomine, ac titulo præfecti, etiam ſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſint, ſi munus conſecrationis *α intra tres menſes* non ſuſceperint, *β ad fructuum perceptorum reſtitutionem* teneantur, ſi intra totidem menſes poſtea id facere neglexerint, Eccleſijs ipſo iure ſint priuati. *γ Conſecratio verò* ſi extra Curiam Romanam fiat, in Eccleſia, ad quam promoti fuerint, aut in prouincia, ſi commodè fieri poterit, celebretur.

a Seſſ 7.c.10. Conc. Chalced.tract.16. cap.25.Concil.VVormatien.ſe.c.76, c.quoniam 75.diſt. cap. quoniã 100. diſt.& ſuprà ſeſſ.7.can.9.

1. VIde Nauarr. *in man. cap.25. num.118. verſ.* S. Iacob. de Graff. *in aureis deciſion.part.1. lib.2. cap.97. nu.52.* Bertachin. *de Epiſcopo tract.2. lib.3. q.1. pag.82.* Cuch. *in inſtit. maior. ſub tit. de conſec. Epiſcopi,* Rendina *in prompt. recept. ſentent. tom.1. tit.38. num.13.* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.26. litt. A. verſ. Epiſcoporum,* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.24. nu.241.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.1. cap.3. num.22.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.32. tract.2. num.58.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.1. verb. Conſecratio Prælatorum,* Piaſec. *in ſimili praxi in proœm. de elect. num.6.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*num.6. pag.19.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.2.in princ. à nu.* 2. Cardin. Tuſc. *tom.2. litt. C. concl.743.* Cardoſ. *in praxi Iudicum verb. Conſecratio num.3. & verb. Epiſcopus num.6.* Alzed. *de praecellentia Epiſcop. dignit. part.1. cap.4. nu.2.* Sanch. *in opuſc. moral. lib.7. cap.1. dub.15. num.13.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.6. cap.6. num.9.* Galganet. *de iure publico, lib.3. tit.108.* Vazq. *in opuſc. de beneſic. cap.3. §.3. nu.27.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. lib.6. cap.7. num.47.* Filliuc. *in quæſt. moralib. tract.41. de beneſic. cap.5. num.23. verſ. & quidem primò,* Caſtald. *in praxi cæremon. lib.1. ſect.10. c.2. num.3.* Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſiaſt. hierarch. part.1. diſput.6. §.2. num.11.* Alzed. *in praxi Epiſcop. p.1. cap.4. num.2.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.2. alleg.1. nu. 39. & de iure Eccleſiaſt. lib.1. cap.10. verſ. tenetur.*

2. *a Intra tres menſes.* ] A die confirmationis numerandos, reſoluo Ego ipſe *d. allegat.1. num.40. & 41.* reſpondeo ad text. *in cap. ordinationes il 1. §. tempus 75. diſt.* Sanch. *in opuſc. moral. lib.7. cap.1. dub.15. num.13.* vbi in puncto tradit tres iſtos menſes non eſſe computandos à die electionis, ſed à die confirmationis, niſi negligens fuerit ad petendam confirmationem.

3. *b Ad fructuum perceptorum reſtitutionem,* &c.] Vide Vgolin. *d. cap.2. in princip. num.2. verſ. excipiuntur,* vbi dicit pœnas hic comminatas non incurrere illum, qui iuſto impedimento detineretur. At impedimentum non excuſare niſi impeditus probet ſe omnem adhibuiſſe diligentiam, & omnem conatum feciſſe, vt impedimentum ceſſaret, reſoluunt Aym. *conſ.270. ſub num.3. verſ. tertio,* Afflict. *deciſ.50. ſub num.4.* Decian. *conſ.18. nu.92. lib.1.* Gregor. *deciſ.501. num.1.* Rot. *in Maioricen. fructuum 29. Aprilis 1616. coram Cardin. Sacrato, & in Aurien. Parochialis 14. Ianuarij 1622. coram R. P. D. Nauarro,* vbi quòd nec impedimentum affectatum excuſat, *& in Cæſarauguſtana electionis 11. Decembris 1623. coram bonæ mem. Buratto.*

4. *c Conſecratio verò.* ] Vide Henriq. *in ſumm. lib.10. cap.23. §.5. in princip.* Leſſ. *de iuſt. lib.2. cap.34. num.103.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, c.2. in princ. n.4.* metipſum *d. alleg.1. n.44.*

5. Conſecrationi Epiſcoporum Canones conſtituerunt peculiare tempus, ſcilicet diem Dominicum, *cap. qui in aliquo 51. diſt. cap. ordinationes, cap. quod die Dominico 75. diſt.* Sot. *de iuſtit. lib.10. quæſt.1. art.2. concl. vlt. verſ. accedit,* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr.6. c.4. num.1.* Paul. Layman. *in Theolog. morali lib.5. tract.9. cap.8. nu.3.* Petr. Greg. *ſyntagm. iuris p.2. lib.17. c.14. num.10.* Suar. *de cenſur. diſput.31. ſect.1. num.30.* Alzed. *d. p.1. cap.4. num.9.* Bonacin. *de cenſur. extra Bul. diſp.3. q.1. puncto 3. nu.3.* Sanch. *d. dub.15. num.14.* Sebaſt. Cæſ. *d. diſp.6. §.2. nu.12.* Caſtald. *in praxi cæremon. lib.10. ſect.10. c.3. nu.1.* vbi ſubdit quòd die etiam feſtiuo fieri poterit ſi Papa diſpenſauerit, ſemper tamen eſt facienda præuio ieiuno, quia decet conſecratorem, & electum pridie ieiunare Pontific. Roman. *p.1. tit. de conſecrat. elect. in Epiſcopum, pag.75.*

Cuiuſlibet Epiſcopi conſecratio cum Miſſa facienda 6.
eſt, in qua inter Epiſtolam, & Euangelium conſecatur Epiſcopus, *cap. quod ſicut, §.1. de elect.* quæ tamen Miſſa non eſt de eſſentia conſecrationis Epiſcopalis, ſed ſolùm ad ſolemnitatem, & reuerentiam fuit inſtituta, *gloſſ. 1. in d. §.1.* Turrecr. *in d. cap. ordinationes, num.10. diſt.75.* Henriq. *d. lib.10. c.34. §.3.* Sebaſt. Cæſ. *d. diſput.6. §.2. n.13.*

Fit etiam cuiuſlibet Epiſcopi conſecratio à tribus Epi- 7.
ſcopis, & non paucioribus, *cap.1. cap. comprouinciales, & cap. pen. 64. diſt. cap. porrò 66. diſt. cap. Archiepiſcopus. cap. nec Epiſcopi, de tempor. ordin.* Selu. *de beneſic. part.3. q.38. num.5.* Henriq. *d. lib.10. cap.7. §.3. & cap.22. §.1.* Marc. Anton. Genuenſ. *in man. Paſtor. cap.70. num.26.* Filliuc. *tom.1. tract.9. de ſacrament. Ordinis, cap.5. num.106.* Azor. *inſtit. moral. part.2. lib.3. cap.30. q.3. verſ. quæret item quiſpiam.* Ego ipſe *d. part.2. alleg.1. num.45.* Vgolin. *d. p.1. c.2. num.5.* Alzed. *d. p.1. c.4. num.11.* Sanch. *d. lib.7. c.1. dub.15. num.10.* vbi *num.17.* ſubdit quòd vnus Epiſcopus principaliter totam conſecrationem perficit, & alij ſunt quaſi coadiutores, & à *n.25.* diſputat, an ſit de eſſētia, & neceſſitate Sacramēti quòd cōſecratio fiat à tribus Epiſcopis.

Auctoritate tamen ſummi Pontif. concedi poteſt, vt 8.
vnus Epiſcopus iuſtis de cauſis Epiſcopum conſecret, eo quòd non Chriſtus Dominus, ſed Apoſtoli conſtituerunt, vt Epiſcopus à tribus Epiſcopis conſecraretur, ita Azor. *loco proximè citato,* Ægid. de ConincK. *tom.2. diſp. 20. dub.9. concluſ.5.* Paul. Layman. *in Theolog. morali lib. 5. tract.9. cap.5. num.1. verſ. nota,* Sebaſtian. Cæſar *d. diſput.6. §.2. num.8.* vbi ait Papam ſæpe in hoc ex cauſa diſpenſare, vt fecit Gregorius I. in Anglia, & Gregorius XIII. cum Patriarcha Æthiopiæ, Sel. *in ſelect. canon. c.2. num.10.* vbi atteſtatur fuiſſe conceſſum per S. Congr. Rituum 2. *Octobris* 1601. electio *Vſſelen. in Sardina,* vt poſſit conſecrari Epiſcopus à duobus Epiſcopis, & alio in dignitate Eccleſiaſtico conſtituto, propter paucitatem Prælatorum in dicta inſula.

## *Epiſcopi per ſemetipſos Ordines conferant, niſi ſint impediti.*

### CAPVT III.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*

2 *Epiſcopus poteſt alienos clericos ordinare ſi habeant litteras dimiſſorias proprij Ordinarij.*

a Infrà c. 8. & 10. Conc. Carthag. 3. cap. 22.

EPiſcopi per ſemetipſos Ordines conferant. Quod ſi ægritudine fuerint impediti, [a] ſubditos ſuos aliter quàm iam probatos, & examinatos, ad alium Epiſcopum ordinando dimittant.

1. VIde Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.25. litt. A. verſ. hoc autem, in fine.* Sbroz. *de officio Vicarij lib.2. q.12. num.6.* Petr. de Ledeſma *in ſumma part.1. de Sacrament.* vbi de ſacrament. Ordinis, *cap.5. concluſ.10.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.1. verb. dimiſſoria, §.10. verſ. ſecundum,* metipſum *de offic. & poteſt. Epiſcopi part.2. alleg.7. num.2.* Thom. Valaſc. *alleg. Iuris, tom.1. allegat.5. num.10.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.1. cap.1. num.12.* vbi dicit per hoc decretum concedendas eſſe dimiſſorias ex iuſta cauſa, & priùs examinari debere ſuper habilitate ad ſuſcipiendum Ordines illum, qui petit dimitti, aſſeritque in litteris exprimi hoc debere, nihilque obſtare quominus dimiſſus iterum examinari poſſit ab Ordinario ſi ipſe examinare voluerit, *c.1. ſeſſ.7. de reform.*

Epiſcopum poſſe alienos clericos ordinare ſi habeant 2.
litteras dimiſſorias proprij Ordinarij, licèt Epiſcopus litteras dimiſſoriales concedens alia legitima cauſa quàm ægritudinis expreſſa in hoc cap. fuerit impeditus, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.1. tit.18. l.7. de Epiſcopis, num.42.*

## *De Prima Tonſura initiandis.*

### CAPVT IV.

1 *Prima Tonſura nemo eſt initiandus, qui ſacramentum Confirmationis prius non ſuſceperit.*

2 *Primam Tonſuram ſuſcipientes nondum cōfirmati, citra tamen contemptum, non peccant mort.*

3 *Prima*

3 *Prima Tonſura non initientur, qui fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere & ſcribere neſciant.*

4 *Prima Tōſura initiatus ſufficit vt characteres formare ſciat, quamuis ſcribere perfectè neſciat.*

5 *Prima Tonſura poteſt inſigniri qui in ſua lingua patria, & natiua legere, & ſcribere ſciat.*

6 *Ordines Minores accipientes intentione non perſeuerandi in ſtatu clericali, ſed solùm declinandi forum, peccant mort.*

7 *Clerici primæ Tonſuræ, vel minorum Ordinum, qui ſine iuſta cauſa recedunt, non peccant mort.*

α PRima [a] *Tonſura num initientur,* β *qui Sacramentum Confirmationis* non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, γ *quique legere & ſcribere neſciant,* & δ *de quibus probabilis coniectura non ſit,* eos non ſæcularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe.

[a] Cap. ſi. de temp. ordin. in 6.

1. α PRima Tonſura non initientur. ] Aduertit Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſt. 9. nu. 1. pag. 83.* quòd per Primam Tonſuram intelligere poſſumus primam illam raſionem, quam Epiſcopus cum ſacra benedictione facit iis, qui ex laicis fieri volunt clerici, indeque appellata eſt Tonſura, vel etiam Corona clericalis, quæ oſtium aperit, & viam ſternit ad ſacros Ordines maiores, qui ſine illa ſuſcipi non poſſunt: ideoque laici priuſquam ad Tonſuram Eccleſiaſticam admittantur, oportet eos ſaltem aliquo modo eſſe litteratos.

β *Qui Sacramento Confirmationis*, &c. ] Vide Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 1. cap. 1. num. 24. verſ. ad minores*, Molfeſ. *in ſumma Theologia moralis, tract. 2. c. 3. num. 26.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract. 3. q. 1.* metipſum *de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 38. verſ. prima autem tonſura.* Hurtado *de Sacrament. tract. de Confirmatione diffic. 11. in fine; & in tract. de Ordine diffic. 22. in princ.* Non ea ratione quòd confirmatio exigatur quaſi de neceſſitate ſacramenti Ordinis, veluti Baptiſmus, ſed ob congruitatem, & ideo ſacramentum Ordinis validè, ſed non licitè conferri poſſe illi, qui non eſt confirmatus, tenent Sot. *in 4. diſt. 22. quæſt. 2. art. 4. prope fin.* Nauarr. *in man. cap. 22. num. 9.* Henriq. *in ſumm. lib. 10. cap. 14. §. 2. in commento litt. P.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. poſt reſolut. 276. in notabil. de materia ſacramenti Ordinis,* Fr. Emman. *in ſumma p. 2. cap. 17. ſub num. 10.* Ægid. de ConincK. *de Sacrament. & cenſur. tom. 1. quæſt. 72. art. 8. num. 90. & tomo 2. diſputat. 20. dub. 10. numero 102.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. libro 28. numero 24.* Bonacin. *de Sacrament. diſputat. 8. quæſt. vnica puncto 5. num. 9 in princip.* Zambran. *de caſibus in articulo mortis cap. 2. dub. 3. num. 1.* Marchin. *de Sacrament. Ordinis tract. 1. part. 4. cap. 3.* Laurent. de Franchis *in controu. inter Epiſcopum & Regulares pag. 78. in reſp. 15.* Ego ipſe *de Epiſcopo part. 2. allegat. 2. num. 14.*

2. Cùm hoc præceptum non admittendi ad primam Tonſuram niſi confirmatum, non ordinandis, ſed Epiſcopo ordinanti Concilium in præſenti imponat, non videri etiam poſt Concilij decretum peccare mortaliter ordinandos, ſi abſque hoc ſuſcepto Sacramento, citra tamen contemptum, accedant ad primam Tonſuram ſuſcipiendam, reſoluunt Nauarr. *d. num. 9.* Viuald. *in candel. aureo,* vbi de confirmat. *num. 41.* Valent. *ad 3. part. S. Thomæ, diſput. 5. quæſt. 2. puncto 2. verſ. characterem,* Henriq. *in ſumm. lib. 14. cap. 6. §. 3.* Soar. *tom. 3. diſput. 38. ſect. 1.* Auila *de cenſur. part. 7. diſput. 9. ſect. 1. dub. 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. reſol. 269.* Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. Ordo pag. 194. col. 1.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. c. 48. q. 1.* Molfeſ. *in ſum. Theolog. moral. tom. 1. tract. 2. c. 11. nu. 7.* Ægid. de ConincK *d. nu. 90.* Homobon. de bonis *d. tract. 3. q. 5.* Fernandez *in examine Theolog. moralis, part. 3. cap. 3. §. 5.* Diana *reſol. moral. part. 2. tract. 2. miſcel. reſol. 4. in fine, & part. 4. tract. 2. reſolut. 55. verſ. nota etiam.* Zambran. *dict. cap. 2. dub. 3. numer. 3.* Laurent. de Franchis *in dict. reſp. ad 15. in fine,* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 2. num. 26.*

Contra Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 12.* Martin. Fornar. *de Ordine cap. 3. numero 3.* Didac. Nugn. *in addition. ad 3. part. tomo 2. quæſt. 46. artic. 4.* Card. Tolet. *in inſtruct. ſacerd. lib. 1. cap. 71. numero 6.* Bonacin. *de Sacram. diſputat. 8. quæſt. vnica, puncto 5. numer. 10.* exiſtimantes peccare mortaliter cùm faciant contra præceptum Concilij in præſenti.

γ *Quique legere, & ſcribere neſciant*, &c. ] Vide Viuald. *in candel. aureo,* vbi de ſacramento Ordinis, *tit. de ſcientia Ordinis, num. 39.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part. 3. cap. 8. numero 6.* Piaſec. *d. cap. 1. num. 40. in fine,* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 390. in 1. edit.* aliàs *reſol. 329. numero 6. in 2. edit.* Bonacin. *dict. puncto 5. numero 16.* Molfeſ. *d. tract. 2. cap. 13. num. 2.* Thom. Valaſc. *tom. 1. alleg. 9. à numero 2.* Sanch. *in opuſc. moralibus lib. 7. cap. 1. dub. 45. num 9.* Marchin. *de ſacrament. Ordinis tract. 1. p. 5. cap. 1. numero 4.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. c. 7. num. 1.* Laurent. de Franchis *vbi ſuprà in reſp. ad 19. verſ. & vt à princ.* metipſum *d. p. 2. alleg. 11. num. 5.* 3.

Sufficere quòd characteres formare ſciat, quamuis ſcribere perfectè neſciat, tenet Sel. *in ſelect. Canonic. c. 5. num. 6.* atteſtans ita deciſiſſe *ſacram Congregat. Epiſcop. & Regul. ſub die 13. Octobris 1593.* 4.

Quòd valeat prima Tonſura inſigniri quiſquis in ſua lingua patria, & natiua legere, & ſcribere ſciens, reſoluunt Azor. *d. part. 2. lib. 6. cap. 6. quæſt. 2.* Campan. *in diuerſ. iuris Canonic. rub. 5. cap. 2. num. 2.* quos refero *d. alleg. 11. num. 5. in fine,* ex ea ratione, quia in hoc decreto non exprimitur in qua lingua, & ideo de vulgari, ſeu materna videtur intelligendum. Sanch. *d. cap. 1. dub 45. numer. 11.* Diana *moral. reſol. part. 5. tract. 14 reſol. 27.* 5.

δ *De quibus probabilis coniectura non ſit*, &c. ] Accipientem igitur primam Tonſuram, vel minores Ordines intentione non perſeuerandi in ſtatu clericali, ſed solùm declinandi iuriſdictionem fori ſecularis non videri mortaliter peccare, reſoluunt Nauarr. *in man. cap. 25. nu. 108.* Fr. Emman. *in ſumm. tom. 2. cap. 17. concl. 2.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 31. num. 16. & 17.* Galet. *d. verb. Ordo, pag. 194. col. 2.* Ægid. de ConincK *d. diſput. 20. num. 104. & ſeq.* Bonacin. *d. diſput. 8. quæſt. vnic. puncto vltim. in fine,* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. part. 1. tract. 3. q. 2. & 3.* Villalob. *in ſumm. tract. 11. diffic. 14. num. 2.* Diana *reſol. moral. p. 2. tract. 2. miſcel. reſol. 22.* 6.

Contra Bàn. *2. 2. q. 12. art. 1. §. de ſecunda difficultate,* Petr. de Ledeſma *in ſumm. part. 1. tract. de ſacrament. Ordinis, c. 7. concl. 3.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 9. c. 7. num. 2.* metipſum *d. alleg. 11. nu. 12.* aliàs *num. 16. in vlt. impreſſ.* Molfeſ. *in Theolog. morali tract. 2. cap. 18. numer. 1.* Marchin. *de ſacrament. Ordin. tract. 1. p. 8 cap. 1. à numer. 2.* exiſtimantes non improbabiliter hunc peccare mortaliter.

Culpæ mortalis damnari non debere clericos primæ Tonſuræ, vel minorum Ordinum, qui ſine iuſta cauſa recedunt, atque ad Ordinum miniſteria adeunda incapaces ſe reddunt, ducendo, v.g. vxorem viduam, contra Caiet. *2. 2. quæſt. 12. art. 1. dub. 1.* reſoluunt Tolet. *in inſtruct. ſacerd. lib. 4. c. 18. num. 4.* Azor. *inſtitut. moral. p. 1. lib. 13. c. 14. q. 14.* Sanch. *de matrimon. lib. 7. diſput. 31. nu. 7.* Paul. Laym. *d. c. 7. nu. 2.* vbi poſt Sanch. *d. loco num. 11.* & Valent. *tom. 3. diſp. 1. q. 12. puncto 1.* ſubdit videri eſſe culpam venialem inconſtantiæ ſi ſine cauſa à ſtatu clericali recedant, ſicuti ſi nouitius ſine cauſa ex Ordine abeat. 7.

*Ordi-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *Ordinari volentes quibus debeant eſſe muniti.*

### CAPVT V.

1 *Nomina eorum qui ordinandi ſunt in Eccleſia, ſunt euulganda per parochum, & de ipſorum vita inquirendum, ac de tali inquiſitione litteræ ad Epiſcopum tranſmittendæ.*

2 *Non extenditur ad Regulares.*

AD minores Ordines promouendi bonum à Parocho, & à magiſtro ſcholæ, in qua educantur, teſtimonium habeant. Hi verò, qui ad ſingulos maiores erunt aſſumendi, per menſem ante ordinationem Epiſcopum adeant, qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, vt nominibus ac deſiderio eorum, qui volent promoueri, publicè in Eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum [a] natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, [b] & litteras teſtimoniales, ipſam inquiſitionem factam continentes, ad ipſum Epiſcopum quàm primum tranſmittat.

a Cap. quando 24. diſt.
b Vide 3. Carth. can. 22. & 4. Cartha. 12.

1. VIde Concil. Bracharen. IV. *act. 2. de examine ordinandor. cap. 4.* Hoied. *de incompatibilibus benefic. c. 24. num. 38. & 39.* Salzed. ad Bernard. *c. 25. littera A. verſ. hoc autem.* Petr. de Ledeſma *in ſumma p. 1. de Sacram.* vbi de ſacramento Ordinis, *c. 7. en lo que toqua,* Henriq. *in ſumm. lib. 10. c. 17.* §. 2. Thom. Valaſc. *allegat. Iuris, tom. 1. allegat. 9. num. 5.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap. 26.* §. 18. ex *num.* 1. vbi *num. 2.* ſubdit denunciationes huiuſmodi fieri debere in ſingulis maioribus Ordinibus, niſi ordinandus notus eſſet Epiſcopo, Bonacin. *de Sacrament. diſput. 8. q. vnica, puncto 5. num. 17.* Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſciplina clericali,* §. 4. *num. 21. verſ. ad minores,* latè Marchin. *de ſacrament. Ordin. tract. 2. p. 6. cap. 11. per tot.* Honor. *ad Decretal. tit. de ſcrutino in Ordine faciendo num. 2.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. part. 1. tract. 2. c. 3. q. 26.* metipſum *de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 33. nu. 168. & de officio, & poteſtate Epiſcopi, p. 2. allegat. 10. & in formulario Epiſcop. formular. 2.* vbi habetur formula facultatis euulgandi nomina eorum, qui Ordinis ſacramento initiandi ſunt, & *in formular. form. 3.* pono formulam denunciandi, in Eccleſia illum, qui ad Ordines promouendus eſt, & *formular. 4.* exprimo formulam litterarum teſtimonialium Parochi emanantium vigore facultatis euulgandi nomina ordinandi, & *formular. 8.* dico quomodo dandum teſtimonium Magiſtri ſcholę pro ijs, qui ad minores Ordines promoueri volunt.

2. Ad Regulares minimè extendi diſpoſitionem huius cap. in quibus ſatis eſſe Epiſcopo teſtimonium habere ab ordinandorum ſuperioribus Regularibus affirmantibus, & atteſtantibus prædictos nullo requiſitorum indigere, eiuſque fidei ſtandum eſſe, præterquam circa doctrinam, pro qua ſubijciuntur Epiſcoporum examini, referunt deciſum Henriq. *d. lib. 10. cap. 23.* §. 4. *in gloſſ. littera L.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. q. 24. art. 1.* Vgolin. *d.* §. 18. *num. 2. verſ. tertiò excipiuntur Regulares,* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 12. cap. 13. num. 35.*

## *Nullus omnino beneficij ſit capax, niſi qui habeat 14. annos. Fori priuilegio gaudere volens, quæ habere ac agere debeat.*

### CAPVT VI.

1 *Nullus ante 14. annum beneficium poteſt obtinere.*

2 *Beneficium ſimplex poteſt obtinere qui habet 14. annum inceptum, licèt non completum.*

3 *Ætas 14. annorum in quibus capellanijs non requiratur.*

4 *Ætas 14. annorum ſufficit ad obtinendum Canonicatum in Eccleſia collegiata.*

5 *Ætas 14. annorum requiritur ad obtinendam dimidiam portionem in Eccleſia cathedrali.*

6 *Beneficium etiam per viam præſentationis, electionis, aut alterius cuiuſcunque prouiſionis non poteſt obtineri ante ætatem 14. annorum.*

7 *Fundationi ſtatuenti vt etiam minor 14. annorum beneficium adipiſci valeat, ſtandum eſt.*

8 *Epiſcopus non poteſt indulgere cuique, vt ante 14. annos beneficium ſimplex obtineat.*

9 *Ætas ſeptem annorum ſufficit ad penſionem.*

10 *Fori priuilegio qui vult gaudere, quæ habere, ac agere debeat.*

11 *Beneficiati fori priuilegio gaudent, etiamſi habitum clericalem, & Tonſuram non deferant.*

12 *Fori priuilegio gaudet obtinens validè beneficium etiam ante illius poſſeſſionem.*

13 *Fori priuilegio gaudet beneficij poſſeſſionem etiam inualidè obtinens.*

14 *Fori priuilegio gaudet beneficium etiam modici valoris obtinens.*

15 *Beneficium titulum poſſidens abſque redditibus fori priuilegio gaudet.*

16 *Capellaniam collatiuam & in perpetuum titulum collatam obtinens gaudet fori priuilegio.*

17 *Coadiutoriam à Papa obtinens priuilegio fori gaudet.*

18 *Fratantiam pro comitandis cadaueribus defunctorum habens fori priuilegio gaudet.*

19 *Penſionem obtinens loco tituli habetur pro clerico ad effectum gaudendi fori priuilegio.*

20 *Clericus non beneficiatus vt fori priuilegio gaudeat quæ requirantur.*

21 *Habitum clericalem, & Tonſuram ſimul deferre tenetur clericus, qui fori priuilegio gaudere vult.*

22 *Habitum clericalem, & Tonſuram dimittens priuilegium fori amittit.*

23 *Habitum clericalem qui dimiſerit, poteſt illum iterum reaſſumere non obſtante irregularitate.*

24 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de controuerſia orta circa habitum clericalem.*

25 *Clericus ſe immiſcens enormitatibus in habitu, & Tonſura fori priuilegio cenſetur renuntiaſſe.*

26 *Clericus minoribus quando fori priuilegio gaudeat.*

27 Cleri-

27 *Clericus characterem, & habitum clericalem aſſumens poſt delictum an gaudeat priuilegio fori.*

28 *Clericus repertus à Curia ſeculari ſine habitu clericali donec doceat de ſuo clericatu in carceribus laicis poteſt detineri.*

29 *Aſcribere tenetur Epiſcopus ad ſeruitium Eccleſiæ clericum in minoribus conſtitutum.*

30 *Clericus inſeruiens alteri Eccleſiæ quàm illi, cui fuit aſcriptus, gaudet fori priuilegio.*

31 *Mandatum Epiſcopi debet eſſe expreſſum in clerico & ſufficit oretenus conceſſum ad inſeruiendum Eccleſiæ pro fori priuilegio obtinendo.*

32 *Aſcriptio in Eccleſia de mandato Epiſcopi non eſt neceſſaria ad gaudendum fori priuilegio, ſed ſufficit quod realiter fiat ſeruitium in diuinis.*

33 *Ordinationis tempore nulli Eccleſiæ adſcriptus amplius non poteſt aſcribi.*

34 *Clericos non inſeruientes Eccleſiis non poteſt Ordinarius immunitate à gabellis, & alijs oneribus priuare.*

35 *Bariſellus Epiſcopi, cùm ſit de illius familia armata, fori priuilegio gaudet.*

36 *Fiſcalis Epiſcopi tanquam familiaris illius gaudet fori priuilegio.*

37 *Notarius curiæ Epiſcopalis gaudet fori priuilegio.*

38 *Diaconi Saluatici in regno Neapolitano qui gaudeant fori priuilegio.*

39 *Seruitium hoc debet præſtari de præſenti.*

40 *Tonſuratus non ſufficit, vt bis, vel ter inſeruiat Eccleſiæ, ſed requiritur moralis perſeuerantia in eo, vt fori priuilegio gaudeat.*

41 *De Clericis coniugatis.*

42 *Clerici coniugati gaudent fori priuilegio ſi cum vnica, & Virgine contraxerint.*

43 *Si veſtes deferant, & Tonſuram.*

44 *Clerici coniugati fori priuilegio gaudent in criminalibus.*

45 *Subdiaconus qui ex diſpẽſatione Apoſt. cum vidua matrimonium contraxit, & penſiones Eccleſiaſticas obtinet, fori priuilegio gaudet.*

NVllus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus conſtitutus, α *ante decimum quartum annum* beneficium poſſit obtinere. β *Is etiam fori priuilegio non gaudeat,* γ *niſi beneficium Eccleſiaſticum* habeat, δ *aut* * *clericalem habitum, & Tonſuram* deferens, ε *alicui Eccleſiæ* ζ *ex mandato Epiſcopi* η *inſeruiat,* vel in ſeminario Clericorum, aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores Ordines ſuſcipiendos verſetur. θ *In Clericis verò coniugatis* ſeruetur conſtitutio Bonifacij IX. quæ incipit, [a] Clerici, qui cum vnicis, modò hi Clerici, alicuius Eccleſiæ ſeruitio vel miniſterio ab Epiſcopo deputati, eidem Eccleſiæ ſeruiant, vel miniſtrent, & clericali habitu, & Tonſura vtantur, nemini, quo ad hoc priuilegio, vel conſuetudine, etiam immemorabili, ſuffragante.

a Cap. 1. de cler. coniug. in 5.

1. VIde Gregor. Lop. *l.3. verb. quatorze annos tit.16. part.* 1. Henriq. *in ſumm. lib.10. c.19. §.1.* Pech *in reg. beneficium, de reg. iuris lib.6. num. 27. verſ. cæterùm quod in iſtis,* Borgn. Caualcan. *part.1. deciſ.29. num.1.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. tom.1. lib.2. c.51. nu.8.* Cardin. Tolet. *in ſumm. lib.5. c.79. verſ.3.* Thom. Valaſc. *alleg. iuris tom.1. alleg.7. nu.* 10. Gutier. *Canon. lib.1. c.26. num.33.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.6. cap.5. q.7.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib.3. q.7. num.65. & lib.4. q.1. num.7. & q.11. num.13.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. tract.3. num.166. in fine,* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p.1.* vbi de ſacrament. Ordinis, *c.7. verſ. de la prima, & p.2. tract.7. cap.1. concl.7. prope fin.* Ceuall. *commun. contra commun. q.423. num.3.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.4. collect.860. & in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.385. in 1. edit.* aliàs *reſol.331. & 325. num.3. in 2. edit. & in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.281. num.2. p.4.* Leſſi. *de iuſtit. lib.2. c.34. dub.20. num.109.* Nicol. Garc. *de beneſic. p.7. c.4. num.8.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.7. cap.6. num.2.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.1. tit.20. l.1. de ætate num.5.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. p.1. tract.1. cap.10. q.60. in princ. verſ. quinimo,* Molteſ. *in ſumm. Theologiæ moral. tract.6. c.7. num.44.* latè Nouar *in ſingul. canonic. concluſ.13.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas, conſtit.9. pag.77. cum ſeqq.* vbi dicitur innouari *cap.1. de cler. coniug. lib.6.* per decretum Concilij in præſenti, Tambur. *de iure Abbatum tom.3. diſput.9. q.7. num.21.* meipſum *de officio. & poteſt. Epiſcopi p.3. alleg.60. num.73.*

2. α *Ante decimumquartum annum,* &c.] Inceptum ſcilicet, licèt non completum, vt referunt deciſum Henriq. *d. c.19. §.2.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. beneficium 4.* Armendar. *d. l.1. de ætatibus num.5.* Ceuall. *quæſt. 523. num.4. & q.593. num.18.* Aloyſ. Ricc. *d. collect.860. verſ. limita ſecundò, & reſol.325. num.3. verſ. nihilominus,* Azor. *d. cap.5. quæſ.7. in fine,* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.5. in princ. num.90.* Cardin. Tuſch. *tom.3. littera E. concl.338. num.12.* Garc. *de beneſic. p.7. c.4. num.11.* Thom. Valaſc. *allegat. Iuris tom.1. allegat.8. à num.1.* Campan. *d. cap.6. num.2. in fine* Nouar. *d. concl.13. num.4.* Sel. *in ſelect. Canonic. c.25. nu.3.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Camplen. 11. Maij* 1630. Ego ipſe *d. alleg.60. num.73.* Stephan. VVeyms *d. loco num.2.*

3. Ætatem 14. annorum requiſitam ad obtinendum beneficium Eccleſiaſticum non requiri in Capellanijs, quæ fundari ſolent, maximè in Hiſpania, abſque Epiſcopi, aut ſuperioris auctoritate, in quibus ſuccedunt clerici de parentela, vel conferuntur à patronis laicis, refert deciſum Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.5. num.27.*

4. Ætatem 14. annorum ſufficere ad obtinendum Canonicatum in Eccleſia Collegiata, referunt deciſum Gonzal. *d. gloſſ.5. num.91.* & alij citati per me *in tractat. de Canon. cap.13. num.14.* Prouiſio in 13. anno ætatis de Canonicatu in Eccleſia Collegiata, vbi vigore ſtatuti Eccleſiæ prouiſi ante realem poſſeſſionem, & fructuum perceptionem debent expectare per biennium, obſtat decretum Concilij in præſenti, vt refert deciſum Garc. *p.7. c.4. num.13.*

5. Ætatem 14. annorum requiri ad obtinendam dimidiam portionem in Eccleſia Cathedrali, nec tales dimidias portiones habere annexum Ordinem ſacrum, atteſtatur reſolutum Gonzal. *d. gloſſ.5. num.93.* quem refero *d. tract. de Canonic. cap.13. num.17.*

6. Prohibitionem de obtinendo beneficio ante illam ætatem 14. annorum ſubſiſtere ne dum ſi per viam collationis daretur, verùm etiam præſentationis, electionis, aut alterius cuiuſcunque prouiſionis ſtante generica Concilij prohibitione, & ob generale verbum, *obtinere,* de quo in præſenti, tenent Mandoſ. *in tract. de minori ætate cap.4. num* 17. Campan. *d. cap.6. num.6.* Ego ipſe *d. allegat. 60. num.78.*

7. Fundationi ſtatuenti vt etiam minor 14. annorum beneficium adipiſci valeat, ſtandum eſſe, cùm ei derogatum non fuiſſet per textum in præſenti, referunt deciſum Gonzal. *d. gloſſ.5. num.91.* Aloyſ. Ricc. *d. collect.860. verſ. nunc limita, & primò.* Campan. *dict. capitulo 6. numero 2. in fine,* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum requiſ.7. dub. 12. & requiſ.10. dub.11. numero 30.* Nouar. *d. concluſ.13. num.5.* Rot. *deciſ.194. part.2. recent.* Ego ipſe *d. allegat.60. num.77.*

Beneficium fundans cum declaratione quòd illius Rector debeat eſſe Sacerdos Miſſam celebrans, &c. his



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tamen demptis qui ſorent, aut ſunt de ſua progenie & ſtirpe, quos eligi poſſe voluit in Rectores dicti beneficij, etiamſi non eſſent niſi in minoribus, & puri clerici, poteſt præſentare filium ſuum, qui clericus in aliquo ſaltem ex minoribus Ordinibus conſtitutus, & alioquin idoneus reperiatur, etiamſi decimum ſuæ ætatis annum non exceſſerit, vt refert deciſum Maſſobr. requiſ.7. dub. 12. num.4.

8. Epiſcopum non poſſe indulgere cuiquam vt ante 14. annum beneficium ſimplex obtineat, reſoluunt Azor. d. cap.5.q.9.verſ.ſi quæras. Nouar. d.concl.13. num.2. Armendar.in addit.ad recop. legum Nauarræ lib.1. tit.18.l.7. de Epiſcopis num.102. Alzed. in praxi Epiſcop. p. 2. cap.9. num.33. Aloyſ.Ricc. d.reſol.331.num.2. vbi in fine reſoluit Epiſcopum conferentem beneficium minori 14.annorum peccare mortaliter, & collationem eſſe nullam, refero Ego ipſe d. alleg.60. num 75.

9. Ad penſionem ſufficere ætatem ſeptem annorum, & in ea non procedere diſpoſitionem huius decreti, reſoluunt Aloyſ.Ricc.in d praxi deciſ.430.in 1.edit.aliàs reſolut. 367.in 2.edit.Gonzal. d.gloſſ.5.§.5. num.26. Stephan.Gratian.diſcept forenſ.to.3.c.397.n.17.Nouar.d.concl.13.à n 10.

Contra Emman. Sa in aphor.verb.beneficium,n.30.Garc. de benef p.1.cap.5.nu.129.in fine, Campan.d.c.6. nu 5.& rub. 11.c.14.nu.16.verſ.de legitima, exiſtimantes hoc decretum extendi ad penſionem, quod etiam nouiſſimè à S. Congreg. deciſum refert Stephan. VVeyms d loco num.2.

10. ß Is etiam fori priuilegio non gaudeat, &c.] Vide apud Luſitanos Ordin.Reg. lib.2. tit.1 §.27. & apud Luſitanos l. 1.tit.4. lib.1. nouæ Recop Henriq in ſum. lib.10.c.15.§.2.& lib.14.c.45.§.1.in fine, Cou. pract.c.32.num. vlt. Lazarte de decima vend.c.19.num 20. Fulu.Pacian.de probat. lib.2.c.20. num.44.Baiard.ad Clar.§ fin.q.36. num. 27.Cabed. deciſ.59. num.vlt.p.1. Parlador. differ.9.§.1. num.11. Bobadil.in ſua politica lib.2.cap.18.num.102. Soar.de Pace in pract. tom.2. præl.2. num.6 & 7.Salzed ad Bernard. in pract.c.62 num.9. Ioan.Garc.de nobilit. gloſſ.9. num.50. Molla in emporio Iuris p.1.tit.2.in prælud.num.138. Ceuall. commun contra commun. q.896. num.579. tom. 4. Garc. Maſtril. Siciliæ deciſ.113. D. Barboſa in l.Titia num.36.ff ſoluto matrim.Valaſc.conſ.131. num.32.Fr.Emman.quæſt.regul.tom.2.quæſt.139.art.2.Farin. in praxi crimin. q.8. num. 5. & à num.60. Carol. de Graſſis de effectib.clerical.effectu 1.à num.1167.Nicol.Garc de benefic. p.2 cap.2. num. 2. Thom. Valaſc. allegat. Iuris alleg. 10. num.2 & alleg.44.num.2. Marc. Anton. Genuen. in pract. Archiep.Neap.cap.7.Bonacin. in octauum præceptum Decalogi diſp.10. quæſt 2 p.1. §.4. num.10. cum ſeqq. Torreblanca in practicab.iuris ſpiritual. lib.15.cap.5.num.22. Ciarlin.controuerſ. forenſ.cap.20. à num.2. nouiſſimè Sperell. deciſ.26.per tot. D.Felician.de Vega Archiep.Mexican.in relect.ad cap. 2.de foro compet. num.12. cum ſeqq. & ad cap.cùm ſit generale, num.36. cum ſeqq. eod. tit. Torreblanca de iure ſpirit. lib.15. cap.5.num.22.cum ſeq. Franc.Leon.in theſauro fori eccleſ.p.1. cap.11. num.2. & 3. Vgolin. de officio Epiſcopi cap.12. num.3. Gabr. Pereira de manu Regia p. 2. c.26. metipſum in ſimili tract p.2. allegat.12. & me non citato in illo loco, Aloyſ. Ricc.in deciſ. curiæ Archiep. Neapol p.4. deciſ.111. Ludou. Correa in repet.cap.inter alia, de immun. Eccleſ.p.2. num.30. nouiſſimè Stephan. VVeyms d. conſtit. 9. num. 4. Vtrùm quilibet clericus minorum Ordinum, qui non habuerit requiſita Concilij in præſenti poſſit trahere ad forum Eccleſię illum qui ſaltem contra ſuam perſonam aliquod maleficium, vel violentiam commiſerit? vide Nouar.quæſt. forenſ.lib.1. p.1. q.7. num.17. D.Felician. de Vega in relect. ad d.cap.cùm ſit generale. num.36. cum ſeqq.

11. γ Niſi beneficium Eccleſiaſticum, &c.] Quamuis habitum clericalem & Tonſuram non deferant, quia id in alijs ſolùm requiritur propter disiunctionem, aut, quæ ponitur infrà. Ita Clar.§ fin q.36.num.16.& 19.Læl.Zech. de republ. eccleſ.tit.de clericis, verſ.ad hoc, Salzed.ad Bernard. in pract cap.61. num.9. verſ. ſi tamen, Fr.Emman. in ſumm.p.1. cap 155. concluſ.2. Azeued. l.1. num.9. verſ. ſed ſi beneficium. tit.4.lib.1.nouæ recop.Gonzal. ad reg.8.Cancel gloſſ.5.§.5.num. 6. Curi.Philip. p.3.§.1.num.3. ad fin. à Ponte conſ.24. vol.1. Ceuall commun.contra commun.q.563.num.3. Bobadil.in ſua politica lib.2.cap.18.num.102.litt.E Gutier.lib.1.q.7.Thom. Valaſc. d.alleg.10 num.9. Carol.de Graſſis de effectib. clerical.effectu 1.num.1195.cum ſeqq. Farin. in praxi crimin. quæſt. 8.num.7.Cened.practic & canon.quæſt lib.1.quæſt.4 num.29. Bellet. d.p.1.tit.de fauore cleric. perſonali §.8. num.7. verſ. diſtinguendo, Nicol.Garc. de benefic. p.2 cap.2.num.4. vbi num. 5. ſubdit procedere etiam ſtante conſtitutione Sixti V. de habitu, & Tonſura, Bonacin.de legib. diſp.10.q.2.puncto 1.§.4.num.10.Marc.Anton.Genueni in pract Archiep.Neapolit. cap.7. num.7. Paul. Layman. in Theolog. morali lib.4. tract.9.cap 6.num.2. Diana reſolut.moral.p.1. tract.2.reſolut. 28.& p.4.tract.1.reſol.89. Squillante de priuileg.cleric. cap.7. num.23 Donat.Anton. de Marinis quotid. reſolut cap.56. per totum, Gabr. Pereira de manu Regia, p.2, cap.26, num.2. verſ. clerici tandem, Caſtr. Palao in opere morali tract. 12. q. vnica puncto 2.num.6.Thom.Valaſc. tom.1.alleg.10 num.9. Bonacina in 8 præcept Decalogi diſp.10.q.2.puncto 1.§.4.num. 11.Marchin.de ſacram.Ordin.tract.2.p.1.cap.15.diffic.1. Torreblanca d lib.15. cap.6. à princ.

Obtinentem collationem beneficij, etiam ante adeptam illius poſſeſſionem, fori priuilegio gaudere, modò collatio valida fuerit, tenent Gig. de penſionib q.94.num.12. Flamin.Pariſ.de reſignat. benef. lib.7 q.1.nu.47. Aloyſ.Ricc. d collect.540.amp.6. & in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.388. in 1.edit.aliàs reſol.327. num.1. in 2.edit.& in deciſion. curiæ Archiep. Neapol. deciſ.188. p.2. & deciſ.128.p.4. Marc.Anton. Genuenſ. d.cap.7. num.6. Franc. Leo in theſauro fori eccleſ. p.1.c.11.num.2.Nicol.Garc.d.c.2.num 14.Bonac.de leg.diſp. 10.q.2.puncto 1.§.4. num 12. & de cenſur. in Bulla Cœnæ contentis, diſp.1.q.10.ſect.1. puncto 6.nu.24.Cened.pract.& can. quæſt.lib.1. q.4.num.22. Antonin. Diana reſolut. moral. p.1. tract.3.reſol.28. Squillante de priuileg.clericor.cap.7. num.16. Bonacin d diſp.10.q.2.puncto 1.§.4.num.13. 12.

Contra Ordin. Reg.Luſit. lib.2.tit 1.§.25. Clar.§ fin q. 36. verſ. hoc autem, in fine, & verſ. regulariter autem vbi Baiard.num.14.Menoch. conſ.350.num.6 cum ſeqq. Maſcard. de probat.concl.302.num 16.& 17.Cardin.Tuſch. tom.1.lit. B.concl.78.num 8. Sigiſm.Scacc. de iudic. cauſar. ciuil.lib.1. cap.11 num.82.Farin. d.q.8. num.45.& 70.Carol.de Graſſ. d.effectu 1.num.1187. Thom.Valaſc.d.tom.1 alleg.10.ex nu. 10.Caſtr Palao vbi ſuprà num.5. Marchin. de ſacram.Ordinis p.2 tract.1. cap. 15. diffic. 3. exiſtimante beneficiarum ad effectum vt effugiat forum ſeculare teneri non ſolũ probare titulum beneficij, ſed etiam illius poſſeſſionẽ.

Poſt adeptam beneficij poſſeſſionem non eſt inquirendum an validè obtinuerit, quia etiamſi beneficium obtinere non poſſet, vtpote quia erat illegitimus, ſeu irregularis, vel impeditus clericatum aſſumere, adhuc gaudet fori priuilegio ſi de facto reperiatur in poſſeſſione, vt per Carol.de Graſſ.d.effectu 1.num.340.& nu. 1194. Ioan. Baptiſta del Thoro in compendio deciſ. Neapol. verb. clericus pag.94. Squillante d. c. 7.num.22. 13.

Beneficij appellatione quoad hoc propoſitum venire beneficium etiam modici valoris, ita vt illud obtinens fori priuilegio gaudere poſſit, reſoluunt Marc. Anton. Genuenſ.d.c.7.in fine Aloyſ.Ricc.in collect deciſ p.3 collect. 540.verſ.amplia 8. & in praxi rerum fori eccleſ. reſolut. 327. verſ. ſufficeret tertiò, Campan.in diuerſ iuris canon rubr.8. cap.5.num.19.Garc.de benefic p.1.cap 6 num.37.& p.2.cap.2. num.3.Carol.de Graſſis d.effectu 1.num 1224. Sel. in ſelectis canon.cap.18. num.3. atteſtans ſic fuiſſe deciſum in Ianuen.18. Martij 1628. vbi fuit dictum quòd promotus ad Ordines cum collatione vnius beneficij redditus duorum ſcutorum annuorum, qui incedens in habitu laicali cum armis dum caperetur à birruarijs vnum ex illis occidit, & ad carceres laicales adductus fuit, gaudere priuilegio fori. 14.

Poſſidentem ſolum titulum beneficij abſque redditibus, fori priuilegio gaudere, tenent Carol. de Graſſis loco proximè citato, Aloyſ. Ricc in deciſion Curiæ Archiep Neapol p.2.deciſion.189.& p.4 deciſ.198. Antonin. Diana d. reſol. 29. Squillante d.c.7 num.17. 15.

Capellaniam collatiuam, & in perpetuum titulum collatam ſi quis obtinuerit, fori priuilegio gaudere poſſe, reſoluunt Salzed. ad Bernard. in practica cap. 64. aliàs 67. num.11.& 12. Armendar in addit.ad recopil legum Nauarræ lib.2.titul.19. de foro compet. num. 26. Squillante d. cap.7. num.18. 16.

num.18.Cened. d.lib.1.quæſt.4.num.37. Aloyſ.Ricc.p.2.deciſ.190.num.10.Caſtr.Palao d.puncto 2.num.3. verſ.ſecundo, Torreblanca d.lib.15.c.6.n.6. Ego ipſe d.p.2.alleg.12.n.10.

17. Coadiutoriam a Papa qui obtinuerit priuilegio fori gaudere poſſe tradunt Garc. d.p.2.cap.5.num.98. Armendar. d.num.26. Squillante d.cap.7. num.21. Sebaſt. Cæſ.in relect. de eccleſ. hierarchia diſp.14. §.9. num.8. Caſtr. Palao d.puncto 2.num.3.in fine. Torreblanca d.lib.15.cap.6.num.7. Ego ipſe d.p.2.alleg.12. num.9.

18. Fratantiam pro comitandis cadaueribus defunctorum Neapoli habentem gaudere fori priuilegio aſſerunt Marc.Anton.Genuenſ. d.cap.7. num.9. Aloyſ.Ricc. d.collect.540.ampl.2.& d.reſol.327. verſ. ſufficeret. Ego ipſe d.alleg.12.num.11. me citato illo loco Squillante d.cap.7 num.19. Caſtr.Palao d. puncto 2. num.3. Torreblanca d.lib.15.cap.6.num.8. vbi etiam de præſtimonium habente.

19. Penſionem obtinentem loco tituli haberi pro clerico beneficiato ad effectum gaudendi priuilegio fori, tenent Creſcent.deciſ.14.de ſentent.& re iudic.Lazarte de decima vendit. cap.19.num.24. Gig.de penſionib. quæſt.28.num.18. Salzed. ad Bernard. in pract. cap.64. alias 67. num.10. Villar, del patronado de Calataiud, p.4.§.3.num.12. Fr.Emman. in ſum.tom.1, cap.155.num.11. Zerol.in praxi Epiſcop. p.1.verb.clericus, §.2.dub.2. Armendar.d.tit.19.de foro competet.num.5.& 7. à Ponte tom.1. conſil.24. num.33.& tom.2. conſil.36. num.24. Antonin.Diana moral.reſol. part.1.tract.2.reſolut.30. Squillante d.cap.7. num.20. verſ. ſupradictas, Caſtr.Palao d.diſp. vnica puncto 2.num.4. Torrebl. d.lib.15. c.6. num. 10. Stephan. VVeyms ad conſtitutiones 24. ex iure communi deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit.9. num.15. Marchin. de ſacram. Ordin.tract.2. p.1.cap.15.diffic.2. Sel. dicta cap.18. num.4. vbi atteſtatur deciſum ſub die 18.Decembris 1595. Ego ipſe d.p.2. alleg.12. num.13.& p.3. alleg.57.num. 151. vbi aſſero deciſum in Portucalen. 10. Aprilis 1622.

Contra Azeued. l.1. num.5. verſ. ſed an penſio,tit.4.lib.1. nouæ recopil. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib.1.quæſt.11. num.70.& lib.2.quæſt.15. num.15. Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloſſ.5.§.5.num.6. Marc. Anton. Genuenſ. d.cap.7. num.7. Carol. de Graſſis d.effectu 1.num.1206. Nicol.Garc.d.p.1. cap.5.num.70. Aloyſ.Ricc. in praxi aurea, reſolut.470.& in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. part.2. deciſ.71.num.11.& deciſ.192. numer.10. ad fin. Bonacin.de legib.diſput.10. q.2. puncto 1.§.4.num.11.& de cenſuris in Bulla Cœnæ contentis, diſp.1.q.16.ſect.1.puncto 6. num.23.Cened.d.lib.1.q.4.num.32. cum ſeqq. exiſtimantes clericum penſionarium minimè gaudere fori priuilegio.

20. § Aut clericalem habitum,& Tonſuram,&c.] Vt clericus fori priuilegio gaudeat requiri, & ſufficere vnum ex tribus infra ſcriptis,videlicet quòd clericalem habitum, & Tonſuram deferens alicui Eccleſię de mandato Epiſcopi inſeruiat. Vel quòd clericalem habitum,& Tonſuram deferens in aliquo ſeminario de licentia Epiſcopi degat. Vel quòd in habitu & Tonſura incedēs in aliqua ſchola de licentia Epiſcopi verſetur,refert deciſum Armendar.in addit.ad recop.legum Nauarræ,lib.2.tit.19.l.1. de foro compet.num.2.

21. * Clericalem habitum, & Tonſuram deferens.] Habitum igitur clericalem,& Tonſuram ſimul deferre teneri clericum qui fori priuilegio gaudere vult,itaut non ſufficiat geſtatio habitus,vel coronæ,tradunt D.Barboſa in l. Titia,num.34.verſ.vltima concluſio.ff.ſoluto matrim. Bellet. diſquiſit.cleric.p.1.tit.de fauore cleric.perſonali, §.8. num.7. Armendar.d.l.1. de foro compet.nu.13.Aloyſ.Ricc.in deciſ.curiæ Archiep.Neapol.part.4.deciſ.154. Caſtr.Palao d. punct.2. num.7.Ego ipſe d.p.2.allegat.12.num.19.Stephan.VVeyms d. conſtit.9.num.3.

22. Clericalem habitum,vel Tonſuram ſi quis dimiſerit, priuilegium fori penitus amittere, etiamſi priùs eum Epiſcopus non admonuerit vt habitum, Tonſuramve aſſumat, tenent Cuch. inſtit.maior.lib.3.tit.9. de priuileg. cleric.num.66. Læl.Zech. de republ.eccleſiaſt.tit. de clericis, n.6.verſ.amittitur autem. Mari.Anton. var.reſol.lib.3.reſol.48.nu.7. Aloyſ.Ricc.in praxi rerum fori eccleſiaſt.deciſ.606. in 1.edit.alias reſol.530.n.4.in 2.edit.Proſper de Auguſtino in addit.ad Quarant.in ſumma Bullarij, verb.habitus clericalis,Vgolin.de officio Epiſcopi,c.12.n.3.verſ.tertio,Squillante d.c.7.n.8.Ego ipſe d.alleg.1 nu. 29. Quando ſcilicet continuò incederet in habitu laicali,itaut publicè exiſtimaretur laicus,Farin d.q.8.n.64.Bonacin.de legib.diſp.10.quæſt.2.puncto 1.§.4.num.15. Aloyſ.Ricc.in deciſ. curiæ Archiep. Neapol.p.4.deciſ.154.Squillante d.cap.7.num.4. Si enim habitum à ſe geſtari ſolitum ad breue tempus depoſuerit, non ideo fori priuilegium amittere, reſoluunt Armendar. d.l.1. de foro compet. num.2. ſicut nec illud amittere ſi ob paupertatem, vel aliam ob iuſtam cauſam habitum geſtare non valuerit, probat cap.clerici,de vita.& honeſtate cleric. Vgolin. d.cap.12.nu.3.Aloyſ.Ricc.d.deciſ.154.nu.5.Ego ipſe d.p.2.allegat.9.num.16.Squillante d.cap.7.num.7. vbi nu.6. ſubdit idem quoque dicendum ſi non deferat Tonſuram ex eo, quia caput raſum eſt præ caluicie, aut propter aliam infirmitatem.



Clericalem habitum qui dimiſerit,poſſe illum iterum reaſſumere, non obſtante irregularitate ſuperueniente, & Ordinarij prohibitione,probat Sel.d.cap.18.nu.20.atteſtans ſic fuiſſe deciſum in Mazarien. 17. Iunij 1630. 23.

Super probatione habitus clericalis ſi fuerit controuerſia orta,an ſcilicet ille in quo fuit huiuſmodi clericus repertus, ſit conueniens, tunc iudicem eccleſiaſticum debere cognoſcere, reſoluunt Farinac. d.q.8. num.34. Mari.Antonin. d.reſol.48. num.1.& 2. Stephan.Gratian. diſcept.forenſ.cap.190.num.13. Armendar. d.l.1.de foro compet.num.2.in fine.Zerol.in praxi Epiſcop p.1.verb.clericus,nu.3. Layman, in Theolog. morali lib.4. tract.9. cap.7. num.6. Diana reſolut.mor.p.1.tract.2.reſolut.27. Seraph.deciſ.742. num.5. Molin.de iuſtit.tract.3.diſp.49.num.11.Ioſeph.Seſſe de inhibit.cap.5.§.6.num.78. Ambroſin.de immun. Eccleſ.c.23.num.15. Melch. Lotter.de re benefic.lib.3.q.36.num.69. Caſtr.Palao in opere morali tom.2.diſp.vnica punct.4.num.7. Duard.ad Bull.Cœnæ lib.2.can.19.q.8.num.19. Bonacin.in eand.Bull. diſp.1.q.16.ſect.1.puncto 6.num.31. Ego ipſe d.p.2.alleg.12.num.16. 24.

Clericum qui in habitu,& Tonſura ſe immiſcet enormitatibus,& ſæuis pluribus, cenſeri abſque monitione renuntiaſſe priuilegio clericali, ſecus ſi in habitu laicali hæc perpetraſſet, quia tunc requiri monitionem, aſſerit Sel.d.cap.18.nu.15. vbi teſtatur deciſum in Motulen.1.Februarij 1620. 25.

Clericum in minoribus Ordinibus conſtitutum niſi beneficium eccleſiaſticum habeat,aut clericalem habitum & Tonſuram deferens Eccleſiæ deſeruiat,vel in ſeminario, aut in aliqua ſchola, aut Vniuerſitate de licentia Epiſcopi verſetur iuxta hoc decretum, forum iudicis laici declinare non poſſe, non tamen idem decretum obſtare Epiſcopo quomodo iure ſuo in huiuſmodi clericos delinquentes,ſi adhuc clerici permaneant,poſſit animaduertere,eoſque punire,tenet Sel.d.c.18.num.16.aſſerens ita fuiſſe reſolutum in Valentina 17.Martij 1627.& in Nuſcan.12.Iunij 1628. 26.

Clericum, qui characterem, & habitum clericalem aſſumpſit poſt delictum, proceſſum, & fideiuſſorem de ſe repræſentando coram iudice laico,gaudere fori priuilegio, & à iuriſdictione iudicis laici eſſe liberatum quoad perſonam, quòd ſi fraus ſubſit (quam iudex eccleſiaſticus inſpicere debet) poſſe iudicem laicum proceſſui finem imponere, contra illum quoad bona procedendo, aſſerit Sel.d.cap.18.num.17. atteſtans ſic fuiſſe deciſum in Papien.23. Maij 1626. & decidiſſe S.Congreg.controuerſijs iuriſdictionalibus præpoſitam in vna ciuitatis Caſtellanæ 18. Februarij 1631. 27.

Clericum repertum à Curia ſeculari ſine habitu clericali, donec doceat de ſuo clericatu in carceribus laicis poſſe detineri, dummodo non ſit notoriè clericus, & ſi per octo menſes ante carcerationem habitum demiſerat,priuilegio clericali nullo modo gaudere ſi à Curia, vt ſuprà,captus fuerit in tali habitu, dicit Sel. d.cap.18. num.19. vbi refert fuiſſe deciſum ſub die 11. Ianuarij 1620. 28.

§ Alicui Eccleſiæ.] Aſcribere teneri Epiſcopum ad ſeruitium Eccleſiæ clericum in minoribus conſtitutum, vel prima Tonſura initiatum petentem aſcribi, reſoluit Sel. in ſelect.cap.18.num.13. atteſtans ſic fuiſſe deciſum in Valentina 28. Martij 1628. 29.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

30. Gaudere fori priuilegio clericum inſeruientem alteri Eccleſiæ quàm illi, cui fuit adſcriptus, vel deſeruientem Capellæ exiſtenti in Eccleſia, quæ ab Epiſcopo Confraternitati laicorum pro Oratorio eſſet aſſignata, reſoluunt Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. p. 4. deciſ.* 111.*num.5. & deciſ.*154. *num.*2. Ricciul. *de iure perſonarum, lib.2. cap.6. num.*15. Antonin. Diana *reſolut. moral. part.1. tract.2. reſol.*34. Nouar. *in ſingularib. canonic. concluſ.*92. *num.* 5. Squillante *de priuileg. cleric. cap.7. num.*13.

31. *ζ Ex mandato Epiſcopi.*] Expreſſum ſcilicet, vt per Menoch. *de præſumpt. lib.6. præſumpt.76. num.*41. Cened. *d. lib.* 1. *q.*4. *num.*24. *&* 26. & ſufficere quòd fuerit oretenus conceſſum, ſecundùm Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccl. deciſ.*601. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.*525 *in* 2. *edit.* quem refero *d. alleg.* 12. *num.*12. & me citato, *in illo loco*, Squillante *d. cap.7. nu.* 5. *verſ. quæ licentia.*

32. Aſcriptionem in Eccleſia de mandato Epiſcopi non eſſe neceſſariam, ſed ſufficere quòd realiter fiat ſeruitium in diuinis, tenent Aloyſ. Ricc. *d. p.4 deciſ.*111. *num.5. & deciſ.*154. *num.*2. Nouar. *d. concluſ.*92. *num.*5. Squillante *d. cap.7. num.*14. Sel. *d. cap.*18. *num.*22. atteſtans ſic fuiſſe reſolutum *in Valentina* 29. *Iunij* 1628. dum ibi fuit dictum quòd clericus in minoribus conſtitutus Eccleſiæ deſeruiens, non tamen ex mandato Epiſcopi, habitum, & Tonſuram deferens gaudet fori priuilegio, & *in alia Nullius* 28. *Martij eiuſdem anni* dicit deciſum clericum incedentem in habitu & Tonſura deſcriptum in catalogo clericorum, qui in Synodo diœceſana obedientiam præſtitit Ordinario, & per paucas vices in choro & in proceſſionibus interfuit, attentis circumſtantijs gaudere debere priuilegio fori, quamuis alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi non inſeruiat, vel beneficium eccleſiaſticum non habeat.

Contra Carol. de Graſſis *d. effectu* 1. *num.*1177. quem ſequutus fui *d. p.* 2. *alleg.*12. *num.*14. exiſtimantem mandatum Epiſcopi requiri in hoc, cùm fruſtrà videretur Concilium in præſenti mandatum, ſeu licentiam Epiſcopi exigere ſi id liceret abſque ea.

33. Ordinationis tempore nulli Eccleſiæ adſcriptum ampliùs non poſſe adſcribi, refert deciſum Garc. *de benefic. p.* 2. *cap.5. num.*101.

34. Clericos non inſeruientes Eccleſijs non poſſe Ordinarium immunitate à gabellis, & alijs oneribus laicalibus priuare, ſed eoſdem clericos, niſi, vt ſuprà, inſeruiant, ac habitum, & Tonſuram clericalem deferant, aut beneficium eccleſiaſticum obtineant, priuilegio fori non gaudere, tenet Sel. *in ſelect. canon. cap.*18. *num.*23. vbi atteſtatur ſic deciſiſſe S. Congr. Epiſcop. & Regul. *die* 24. *Ianuarij* 1631.

35. Bariſellum Epiſcopi, cùm ſit de illius familia armata, fori priuilegio gaudere, aſſerit Sel. *d. cap.*18. *num.* 25. vbi refert ſic deciſiſſe S. Congr. Epiſcop. & Regul. *in Sorana* 25. *Aprilis* 1614. illumque non poſſe, nec de iure debere per iudicem laicum capturari, fuit dictum *in eadem* 15. *Aprilis* 1615.

36. Fiſcalem, quem Epiſcopus habet in ciuitate, ſeu in aliquo caſtro, in quo temporalem, ſpiritualemque iuriſdictionem exercet, tanquam ipſius Epiſcopi familiarem priuilegio fori gaudere, & ad perſonalia ciuitatis munia ſubeunda minimè teneri, tradit Sel. *d. cap.*18. *num.*26. vbi atteſtatur ita deciſum per S. Congreg. Epiſcop. & Regul. *in Vaiſon.* 11. *Decembris* 1615.

37. Notarium curiæ Epiſcopalis, cùm ſit de familia Epiſcopi, gaudere fori priuilegio, putat Sel. *d. c.*18. *num.*27. aſſerens ſic fuiſſe deciſum *in Ortunen.* 6. *Auguſti* 1602.

38. Diaconi Saluatici in Regno Neapolitano pro Eccleſiarum, & Epiſcoporum ſeruitio retineri, vel in locum quoquo modo deficientium aſſumi poſſunt in Cathedralibus, ſeu ſuperioribus Eccleſijs ad ſummum quatuor, in Collegiatis in quibus diuina celebrantur, ſi Epiſcopo videbitur, vnum, quos quidem Epiſcopi prorſus gratis, & tales qui omnino per ſe ipſos, non autem per interpoſitam perſonam ſeruitium debitum præſtent, nec vllo modo criminoſi, aut malæ conditionis & famæ eligere debeant, aliàs & ij nullo gaudeant priuilegio, & eligentes iudicium Sedis Apoſt. ſeuerum experientur: ij verò priuilegio canonis non gaudeant, fori autem priuilegio in criminalibus omnino in ciuilibus quoad corporis diſtrictionem tantùm, & immunitate ab oneribus perſonalibus, non autem ab alijs durante ſeruitio frui debent. Sed ſi alicubi maioribus vtantur priuilegijs, & immunitatibus ex legitima conſuetudine, cuius cognitionem & declarationem, in caſum controuerſiæ S. Congreg. inferiùs nominanda ſibi reſeruat, illa debet attendi, cognitio verò aliorum præmiſſorum ad Ordinarios pertinet. S. Card. Congr. negotijs Regni Neapolitani præpoſitorum 10. *Kalend. Iulij* 1623. teſte Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. p.*4. *reſol.*480.

Vtrùm autem deciſio huius Decreti tantùm procedat quoad caſum, in quo agitur de declinanda iuriſdictione iudicis ſecularis, vt tunc & non aliter declinatoria admittatur, quàm ſi concurrant qualitates à Concilio requiſitæ, vel an etiam impeditus maneat Epiſcopus, vel quilibet alius Prælatus eccleſiaſticus, vt non poſſit ſuam iuriſdictionem exercere aduerſùs illos, quando tales qualitates non habuerint? Reſp. tunc demum adeſſe debere tales qualitates, cùm videlicet agitur de dicta declinatoria fori ſecularis, non verò vt ſi illæ deficiant non poſſit prædictus proprius Prælatus procedere contra clericos ipſos delinquentes, eoſque punire. Ita deciſum à ſacra Congr. referunt Nicol. Garc. *de benefic. part.2. cap.* 2. *num.*16. Aloyſ. Ricc. *in praxi var. reſolut. part.1. reſolut.* 531. *num.*3. D. Felician. de Vega *in relect. cap.2. nu.*17. *de foro compet.*

*η Inſeruiat.*] Deberi ſeruitium hoc præſtari de præſenti, tenent Menoch. *conſil.*912. *num.*27. Carol. de Graſſ. *d. effectu* 1. *num.*1179. vbi *num.*1177. ſubdit hoc ſeruitium debere omnino conſiſtere in ſpiritualibus, & non ſufficere in temporalibus, Nouar. *d. concl.*92. *num.*4. 39.

Et cùm verbum illud non videatur importare ſeruitium vtplurimum intermiſſum, ſed potiùs moralem perſeuerantiam ſaltem pro maiori parte, ideo non ſufficere quòd Tonſuratus bis, vel ter inſeruiat Eccleſiæ, tenent Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb. clericus, pag.*42. *col.*2. Cened. *d. lib.*1. *quæſt.*4. *num.*25. Aloyſ. Ricc. *d. p.4. deciſ.* 111. *num.*5. Carol. de Graſſis *d. effectu* 1. *num.*1183. Ego ipſe *d. p.2. alleg.*12. *num.*14. & me citato, Squillante *d. cap.7. num.*12. vbi *num.*11. hinc reſoluit, ſi aliquo neceſſario impedimento interpollatum fuerit hoc ſeruitium, non propterea amitti hoc fori priuilegium. 40.

*θ In clericis verò coniugatis, &c.*] Hoc decretum iubere obſeruari conſtitutionem Bonifacij VIII. *in cap. vnic. de clericis coniug. lib.6.* illo addito quòd huiuſmodi clerici alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati eidem Eccleſiæ ſeruiant, miniſtrent, & clericali habitu, ac Tonſura vtantur, refert Nouar. *in ſingular. canonicis concl.*93. Thom. Valaſc. *allegationum Iuris tom.1. alleg.*39. *per totam, &* 41. *&* 42. D. Felician. de Vega *in relect. c.2. de foro compet. num.*18. *&* 19. Stephan. VVeyms *d. conſtit.9. num.*13. vbi refert Synodum Tridentinam in clericis coniugatis Tonſuram & veſtes clericales portantibus coniunctim, ſeu copulatiuè requirere duo, vnum vt ab Epiſcopis ſint ſeruitio, vel miniſterio alicuius Eccleſiæ adſcripti, alterum quod eidem Eccleſiæ, cui adſcripti ſunt, in clericali habitu, & Tonſura inſeruiant, vel miniſtrent, adeò vt ab ijs excuſari non poſſint vllo priuilegio, vel conſuetudine, quantumuis longiſſima, vel immemoriali. 41.

Conſtitutio Bonifacij VIII. *in d. cap. vnico*, tribus modis in clericis coniugatis priuilegium hoc fori reſtrinxit. 42.

Primò ſi cum vnica, & virgine contraxerint, vt tradunt ordin. Regia Luſit. *lib.2. tit.1. §.27.* Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.*10. *num.*4. Cur. Philipp. *p.3. §.1. num.*6. Sanch. *de matrim. lib.7. diſput.* 46. *num.*1. Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tom.1. tit.*8. *de cleric. coniug. num.* 24. Carol. de Graſſis *d. effectu* 1. *num.*8. Ciarlin. *forenſ. contr. lib.1. cap.*53. *num.* 12. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſ. cap.*40. *num.*1. Thom. Valaſc. *d. alleg.* 41. *num.*1. Ego ipſe *d. part.* 2. *alleg.*12. *nu.*26. Stephan. VVeyms *d. conſtit.9. nu.9.* vbi *nu.* 10. dicit hoc ſpeciem cuiuſdam caſtitatis adferre, quam Eccleſia Catholica ſemper honorauit ad exemplum

Chriſti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chriſti Saluatoris, qui vnicam dumtaxat habet ſponſam Eccleſiam, cùm è contra repetitæ nuptiæ præſeferant indicium aliquod incontinentiæ, & duplicitatis, vel ſaltem adimant fidem prædicandi caſtitatem.

43. Secundò ſi veſtes deferant, & Tonſuram, vt per Farin. *d.q.8.à nu.64.* Scacc. *de iudic.p.1.cap.11.nu.20.& 82.* Thom. Valaſc. *alleg. iuris tom.1.alleg.42.à princip.* Carol. de Graſſis *d.effectu 1.num.84.* Ciarlin. *d. cap.53.* vbi quòd non ſufficit quælibet habitus dimiſſio, niſi ſit continuata, Marcel. Vulpe *citato loco.* Ego ipſe *d. allegat.12.num.27.* Stephan. VVeyms *d. conſtit.9. num.11.* Vbi ait veſtes clericales in coniugatis clericis eſſe debere, quæ nimium non ſplendeant ex diuerſitate colorum, neque per nimiam breuitatem, neque per nimiam longitudinem notentur; quæ iuxta morem cuiuſque regionis permiſſæ ſint, vel per Concilia Prouincialia, aut Synodalia clericis præſcriptæ. & *num.15.* atteſtatur ſacram Congr. cenſuiſſe clericum coniugatum, qui poſt dimiſſum habitum, & Tonſuram clericalem, ad curiam laicalem ob delictum in ius vocatus, & in contumaciam condemnatus eſt, diſtringi non poſſe perſonaliter à iudice laico, vel in carcerem conijci, ſi adſumpto habitu, & Tonſura clericali deſeruire inueniatur verè, & non in fraudem alicui Eccleſiæ.

44. Tertiò in criminalibus tantùm, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter pro crimine agatur, non autem in merè ciuilibus, vt per Cou. *pract. cap.31. num.6.* Farin. *d.q.8.num.7.* Azeued. *l.2.tit.4.lib.1.noua recop.* Sanch. *d.diſp.46. num.22.* Tapia *lib.1.de iure Regni fol.34.* Cened. *d.lib.1.quæſt.4.num.18.& 19.* Paul. Layman. *in Theologia morali lib.4. tract.9. cap.8. num.5.* Ludou. Correa nobilis Luſitanus *in cap. inter alia, de immun. Eccleſ. p.2.num.33.* Aloyſ. Ricc. *in praxi var.reſolut. tom.2. reſol.391. num.2.* Sanch. *de Matrim.lib.7. diſp.46.à num.22.* D. Felician. de Vega *in relect. d.cap.2. de foro comp. num.19.* nouiſſimè Donat. Anton. de Marinis *quotid. reſolut.cap.58.* Ego ipſe *d.p.2. alleg.18.num.25.* Sel. *d.cap.18. num. 27.* atteſtans ſic fuiſſe reſolutum *ſub die 13. Februarij* 1610. dum ibi fuit dictum clericos coniugatos prædictos qualitatibus requiſitis tam dicta conſtitutione Bonifacij VIII. quàm hoc decreto non gaudere priuilegio fori in ciuilibus, niſi vbi de crimine etiam ciuiliter ageretur, ſed illos ob tales cauſas ciuiles à crimine non deſcendentes non poſſe à iudicibus laicis in carcerem conijci, aut perſonaliter diſtringi, refert etiam ita deciſiſſe S. Congreg. Epiſcop. & Regul. *ſub die 10. Februarij* 1618. dum ibi fuit dictum clericos coniugatos iuxta ſacrorum canonum & Concilij Trid. diſpoſitionem priuilegio canonis, & fori in criminalibus dumtaxat gaudere, non autem in ciuilibus, niſi conſuetudo eſſet in contrarium, prout in Regno Neapolitano, S. Congreg. *Immunitatis 27. Februarij* 1630.

Contra Camill. Borrel. *in ſpeculo Principis rub.* 11. *§. videamus, litt. A.* Cæpol. *in conſil. crimin.10. verſ. ſuper tertio,* Zanard. *in direct. Confeſſ. part.1. de ſacram. matrim. cap.23. quæſt.24.* Carol. de Graſſis *d.effectu 1.num.181.* Ceuall. *de cognit per viam violent. part.2. quæſt.73. num 4.* Mart. *de iuriſdict. part.4. caſu 159. num.5.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſ. Neapolit. part.3. deciſ.170. & part.4. deciſ.320. num.5.* Duard. *in Bullam Cœnæ lib.2. can.15.q.4. concl.3.nu.12.* Anton. Dianam *reſolut. moral. p.1. tract.2. reſolut.50.* Bonacin. *de cenſuris in Bullam Cœnæ, diſput.1. q.16. puncto 3. num.3.* Torreblanca *d.lib.15.cap.6.num.55.* exiſtimantes eos fori priuilegio gaudere non ſolùm in criminalibus, ſed etiam in ciuilibus.

45. Subdiaconum, qui in vim diſpenſationis Apoſt. cum vidua matrimonium contraxit, & penſiones eccleſiaſticas obtinet, de iure gaudere priuilegio fori, tenet Sel. *d.cap.18. num.29.* atteſtans ita fuiſſe deciſum *ſub die 7. Septembris* 1618.

---

*De Examine ordinandorum.*

## CAPVT VII.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Cathedralis Eccleſia eſt locus ordinationis celebrandæ.*
3 *Epiſcopus non tenetur vocare Archidiaconum vt interſit examini ordinandorum.*
4 *Edictum quoddam reuocandum.*
5 *Non refertur ad deſcendentes ex genere Hebræorũ.*
6 *Non ſunt ab ordinatione excludendi, quia Iudæis originem trahunt.*
7 *Ordinandi in titulum debet inquirere Epiſcopus.*
8 *Examinare non poteſt Epiſcopus promotos à ſuo anteceſſore, niſi poſt promotionem aliqua noua cauſa ſuperuenerit.*

SAncta Synodus [a] antiquorum canonum veſtigijs inhærendo, decernit, vt quando Epiſcopus ordinationem facere diſpoſuerit, omnes, qui ad ſacrum miniſterium accedere voluerint, feria quarta ante ipſam ordinationem, vel quando Epiſcopo videbitur *α ad ciuitatem euocentur. β Epiſcopus autem Sacerdotibus*, & alijs prudentibus viris, peritis diuinæ legis, ac in Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis, ſibi aſcitis, *γ ordinandorum genus*, perſonam, ætatem, *δ inſtitutionem*, mores, doctrinam, & fidem diligenter inueſtiget, & examinet.

[a] Cap. quando 24. diſt.

1. VIde Concil. Bracharen. IV. *act.2.* Hoied. *de incompatib. benef.p.1.cap.24. ex num 31.* Cened. *ad Decretum collect.15.num.2.& ad Decretal.collect.56.num.5* Piaſec. *in praxi Epiſcop.p.1.cap.1. num.49.pag.56.& 57.* latè Campan. *in diuerſor.iuris Canon.rub.3.à princip.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.26.§.18.num.3.* Carol. de Graſſ. *de effectib. cleric. in prælud. num.343. cum multis ſeqq.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ.p.1.tract.2. cap.3.q.27.* Honor. *ad decretal.tit. de ſcrutinio in ordine facien. num.2.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.2. alleg.10. per tot.*

2. *α Ad ciuitatem euocentur.*] Locum ordinationis celebrandæ debere eſſe Cathedralem Eccleſiam, vel ſi ex cauſa alibi Ordines celebrari contigerit, eligi debere Eccleſiam digniorem, tenent Silueſt. *in ſumm. verb. Ordo 2.num.8.* Piaſec. *d.cap.1.num.46. pag.55.* Illuſtriſſ. D. Roder. à Cunha *in commentar. ad cap. quando 5. diſt.24.num.5.*

3. *β Epiſcopus autem Sacerdotibus*, &c.] Epiſcopum non teneri vocare Archidiaconum vt interſit examini ordinandorum, tradit Sel. *in ſelect. canon. cap.19.num.3.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die 21. Ianuarij* 1617.

4. Edictum vt clerici in minoribus, qui legitimæ eſſent ætatis, deberent aſſumere ſacros Ordines ſub pœna priuationis habitus, eſſe reuocandum, reſoluit Sel. *d.cap.19. num.4.* referens ita reſolutum *in Mazarien. 14. Decembris* 1630.

5. *γ Ordinandorum genus.*] An ſcilicet ex Catholicis parentibus, vel proditione damnatis, aut de matre ſerua nati ſint, Maiol. *de irregul.lib.4.cap.2.* Henriq. *in ſum.lib.10. cap.17.§.2.in commento lit.G.* Sahag. *in cap. eam te, num.23. de reſcript.* Auil. *de cenſur. p.7. diſput.4.dub.4.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1. lib.2. cap.28. num.15.* vbi citatis prædictis Doctoribus vult Concilium in præſenti, vt Epiſcopi inquirant an promouendus ſit ex filijs, aut nepotibus hæreticorum, fautorum, defenſorum, receptatorum, quos ius à ſuſcipiendis Ordinibus excludit vſque ad ſecundum gradum per lineam maſculinam, vel vſque ad pri-

ad primum per lineam fœmininam, vel an ſit filius ancillæ, & ſit ſeruus. Cened. *ad Decretal. coll. 77. num. 2.* vbi dicit quòd particula *genus*, de qua in præſenti, propriè idem ſignificat quod legitimus, vel liber, non autem refertur ad deſcendentes ex genere Hebræorum, vt multi opinati ſunt, refero Ego ipſe *d. alleg. 10. num. 5.* & nouiſſimè D. Roderic. à Cunha *vbi ſuprà num. 6.* Hieron. Roderic. *in compendio queſt. regular. reſol. 52. num. 22.* nouiſſimè Lauret. de Franchis *de controuerſ. inter Epiſcop. & Regulares pag. 78. verſ. ad 14.* vbi aduertit Concilium Catholicum non induxiſſe circa hoc nouum Ordinis impedimentum, ſed dumtaxat quæ antiquo Iure ſtatuta erant, ſeruari ad vnguem præcepiſſe.

6. Ideo non eſſe illos ab ordinatione excludendos (niſi aliud Canonicum obeſſet impedimentum) qui à Iudæis originem trahunt, vel quorum maiores etſi hæretici fuerint, emendatos tamen eſſe conſtat, & reincorporatos Eccleſiæ vnitati, & pro culpa huiuſmodi ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam recepiſſe, quam vel perfecerunt, vel perfectioni eius inſiſtunt, aut paratos fuiſſe ad recipiendum eandem, probat Sanch. *d. cap. 28. nu. 10. cum ſeqq.* & refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 21. l. vnica num. 6.*

*§ Inſtitutionem* ] id eſt, titulum, ex Campan. *in diuerſ. iuris canon. lib. 8. cap. 1. num. 3.* vbi etiam refert munus Epiſcoporum eſſe in ſcrutinio faciendo circa perſonam promouendam, præ cæteris in titulum ordinandi inquirere, refero Ego ipſe *d. allegat. 10. num. 13.* 7.

Epiſcopum non poſſe examinare promotos à ſuo anteceſſore, niſi poſt promotionem aliqua noua cauſa superuenerit; ſi verò idem Epiſcopus aliquos minus idoneos ordinauerit, eos ſuſpendere debere, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num. 69.* 8.

---

*Vnuſquiſque à proprio Epiſcopo, aut alio, ſed de proprij licentia, & teſtimonio, ſub graui pœna ordinandus ad cathedralem Eccleſiam, aut ex diœceſi inuentam conuenientiorem ſtatutis à iure temporibus conueniat.*

## CAPVT VIII.

1 *Ordines ſacri quibus temporibus conferendi.*
2 *Conſuetudine introduci non poteſt vt ſacri Ordines extra ſtatuta à iure tempora conferantur.*
3 *Papa ſolus licentiam concedit vt ſacri Ordines extra quatuor tempora conferri poſſint.*
4 *Fratres Minores poſſunt extra tempora à iure ſtatuta Dominicis, vel alis feſtiuis diebus ſacros Ordines ſuſcipere.*
5 *Sed non ex priuilegijs ante Concil. Trid. obtentis.*
6 *Patres Societatis Ieſu ordinari poſſunt ad quoſuis Ordines etiam maiores extra quatuor tempora.*
7 *Et Patres Congregationis S. Ioannis Euangeliſtæ Portugaliæ.*
8 *Tempus ſtatutum ad ſacros Ordines conferendos non eſt de illorum ſubſtantia.*
9 *Tempus ad conferendos Ordines minores quod ſufficiat.*
10 *Feſti dies in quibus Epiſcopi minores Ordines conferre poſſunt debent eſſe de præcepto.*
11 *Prima Tonſura omni tempore etiam non feſtiuo poteſt conferri.*
12 *Ordinum ſacrorum collationes in cathedrali Eccleſia publicè Epiſcopus celebrare debet.*
13 *Ordines minores licet Epiſcopo conferre in eius domo Epiſcopali.*
14 *Ordines minores poſſunt conferri ſine Miſſa, & à non ieiuno.*
15 *Epiſcopus poteſt tripliciter ſibi ſubditos ordinare ratione originis, vel beneficij, vel domicilij.*
16 *Epiſcopus originis dicitur ille, in cuius diœceſi ordinandus natus eſt.*
17 *Origo patris inſpicitur ad Ordines ſuſcipiendos.*
18 *Ordines accipere non poteſt quis per Epiſcopum originis ſuæ matris.*
19 *Ordines ſuſcipere non poteſt nepos ab Epiſcopo loci, in quo auus natus eſt.*
20 *Eiecti à Religione an ſint ſuſpecti, & ſub quo Epiſcopo degere debeant.*
21 *Beneficiatus poteſt ordinari ab Epiſcopo diœceſis in qua habet beneficium.*
22 *Quamuis ſit exiguum.*
23 *& ſpectaret ad prouiſionem alterius Epiſcopi.*
24 *& reſidentiam non requirat.*
25 *& beneficium non in titulum, ſed in commendam maximè perpetuam habeat.*
26 *Præſtimonium habens poteſt ordinari ab Epiſcopo illius diœceſis in quo illud poſſidet.*
27 *Beneficia plura in diuerſis diœceſibus habens ab vno illarum Antiſtite poteſt ordinari.*
28 *Regularis promoueri debet ab Epiſcopo loci vbi degit.*
29 *Domicilium contrahens in aliquo loco, poteſt ordinari ab illius Antiſtite, quamuis in eo non longo tempore degat, dum tamen habuerit animum perpetuò ibi permanendi.*
30 *Nouitium quis poſſit ordinare.*
31 *Suſpenſionem à collatione Ordinum per annum incurrit Epiſcopus ordinans etiam in propria diœceſi non proprium ſubditum.*
32 *Epiſcopus ex ignorantia probabili ſubditum alterius ſine propij licentia ordinans ſuſpenſionem nō incurrit.*
33 *Ordines vel Tonſuram conferens Vltramontano abſque litteris dimiſſorijs non approbatis à Nuncijs ſuſpenditur per annum à Pontificalibus.*
34 *Regulares non comprehenduntur decreto edito cōtra conferentes Ordines Vltramontanis abſque Papæ licentia.*
35 *Ordinatus à non proprio Epiſcopo, nec ab alio de eius licentia à ſuſceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, ſuſpenſus eſt.*
36 *Suſpenſus iuxta Bullam Pij II. an poſſit ab Epiſcopo diſpenſari.*
37 *Bulla Pij II. non comprehendit inſignitos minoribus Ordinibus.*
38 *Clericus Vltramontanus abſque litteris dimiſſorijs ſui Ordinarij ab Epiſcopo Italiæ ad Ordines promotus non poteſt ab eodem Ordinario abſolui.*

Ordi-

ORdinationes [a] ſacrorum Ordinum, *α ſtatutis à iure temporibus*, ac in Cathedrali Eccleſia, vocatis præſentibuſque ad id Eccleſiæ Canonicis, publicè celebrentur, ſi autem in alio diœceſis loco præſente Clero loci; dignior, quantum fieri poterit, Eccleſia ſemper adeatur [b]. *β Vnuſquiſque autem à proprio Epiſcopo ordinetur.* Quod ſi [c] quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiuſvis generalis, aut ſpecialis reſcripti, vel priuilegij prætextu, etiam ſtatutis temporibus [d] permittatur; niſi eius probitas, ac mores Ordinarij ſui teſtimonio commendentur, *γ ſi ſecus fiat, ordinans à collatione Ordinum per annum δ & ordinatus à ſuſceptorum Ordinum executione ε quandiu proprio Ordinario* videbitur expedire, ſit ſuſpenſus.

a Gelaſ. 1. in ep. 1. can. 13. c. vlt. 75. diſt. c. 1. cum ſeq. de tẽp. ord. b Conc. Carthag. 4. c. [illegible]. c Suprà ſeſſ. 14. de refor. c. 2. & 3. d Hic ſuprà cap. 3. Conc. Carthag. 3. c. 21. Conc. Aurel. 3. c. 15. c. [illegible] q. 2. 9. q. 2. per tot c. 1. cum ſeq. de temp. ord. in 6.

1. α *STatutis à iure temporibus.*] Sacros Ordines in Sabbatis quatuor temporum, & in Sabbato præcedente Dominicam de Paſſione, ac in Sabbato ſancto conferri debere, per *cap. quod die. & cap. fin. 75. diſt.* comprobant Henriq. *in ſum. lib. 10. cap. 12. in princip.* Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. p. 1. cap. 4. num.* 20. Bonacin. *de Sacrament. diſp. 8. q. vnica punct. 6. nu. 1. verſ. primo,* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 26. §. 25. num. 1. verſ. 3.* Sanch. *in opuſcul. moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 51. num. 1.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 2. alleg. 17. à princip.* me non citato aliqua ex illo loco deſumpſit Aloyſ. Ricc. *in dec. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 93. part. 4.*

2. Ita vt conſuetudine contrarium induci non poſſit per *c. 2. de temporib. ordinat.* reſoluunt Rebuff. *in praxi beneſic. p. 2. tit. de clericis ad ſacros Ordines male promotis gloſ. 1. num. 14. & 15.* Quarant. *in ſum. Bullarij, verb. Ordo, verſ. deuenio ad ſecundum,* Henriq. *d. cap. 12. §. 2.* Vgolin. *d. §. 25. num. 1. in fine,* Aloyſ. Ricc. *d. dec. 93. num. 2.*

3. Niſi ſpeciatim Summus Pontifex licentiam concederet, vt ſacri Ordines extra quatuor tempora conferri poſſint. Rebuff. *d. gloſ. 1. num. 12.* Maiol. *de irregularit. lib. 3. cap. 14. num. 9.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. p. 1. tract. 2. cap. 1. quæſ. 12.* Quarant. & Vgolin. *citatis locis,* Ego ipſe *d. alleg. 17. num. 5.*

4. Fratres Minores, & omnes, qui illorum priuilegijs cõceſſis, & concedendis fruuntur ex confirmatione Clementis VIII. & Pauli V. per ſuam Bullam *ſub dat. Romæ Kal. Decembris* 1609. poſſe extra tempora à iure ſtatuta Dominicis, vel alijs feſtiuis diebus ſacros Ordines ſuſcipere, tenent Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3 quæſt. 23. art. 5.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 10. num.* 184. Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. tract. 2. cap. 1. q. 13.* Portel. *in dubijs Regularib. verb. Ordines ſacri num. 4.* Villalob. *1. p. ſum. tract. 11. diffic. 13. num. 6.* Hieron. Roder. *in compendio quæſt. Regular. reſolut.* 106. *nu. 7.* Anton. Diana *moral. reſolut. p. 3. tract. 2. reſolut.* 31. Marchin. *de Sacrament. Ordin. tract. 1. p. 7. cap. 7. num. 1.* Ego ipſe *d. alleg. 17. num* 6.

5. Virtute tamẽ aliorum priuilegiorum à Summis Pont. ante Concil. Trident. conceſſorum non poſſe Regulares tunc ab Epiſcopis ordinari Ordinibus ſacris extra tempora, reſoluunt Ludouic. Miranda *in manuali Prælat. tom. 1. quæſt. 38. art. 4.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 93. num. 6. p. 4.* Lezana *c. 14. num. 1.*

6. Patres Societatis Ieſu ordinari poſſe ad quoſuis Ordines etiam maiores extra prædicta tempora ex indulto Gregorij XIII. ipſis cõceſſo ſub dat. Tuſculi 22. Septembris 1582. quod refert Piaſec. *in praxi Epiſc. p. 1. c. 1. num. 88. pag. 56. & ſeq.* & de illo meminerunt Aloyſ. Ricc. *d. dec. 93. num. 7. p. 4.* & Hieron. Roderic. *d. reſolut.* 106. *num. 7.* & Alzed. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 5. num.* 28. Marchin. *d. c. 7. num. 4.*

7. Patribus Congregationis S. Ioannis Euangeliſtæ Portugaliæ conceſſit Clemens VIII. per ſuum Breue 23. Nouembris 1596. vt poſſint ordinari extra tempora, & per quemcunque Epiſcopum tribus Dominicis, vel feſtiuis continuis, aut interpollatis, non ſeruatis interſtitijs, quod ſe vidiſſe teſtatur Portel. *d. verb. Ordines ſacri num. 4.* quem refert Hieron. Roderic. *loco citato,* Marchin. *d. cap. 7. num. 3.*

8. Tempus huiuſmodi conſtitutum à iure ad conferendos Ordines non eſſe de ſubſtantia collationis illorum, ex gloſſ. *in cap. ordinationis il 1. 75. diſt.* reſoluit Vgolin. *d. §. 25. num 1. in princip.* quem refero *d. alleg. 17. num.* 8.

9. Ad conferendum autem Ordines minores tempus idoneum illud idem eſſe quod ad maiores, & propterea quamlibet Dominicam, aut feſtiuam diem, per text. *in cap. de eo, de tempor ordinat.* tenent Silueſt. *in ſumm. verb. Ordo 2. num. 6.* Rebuff. *in praxi beneſic. part. 2. tit. de clericis ad ſacros Ordines malè promotis num. 2. & 3.* Viuald. *in candel. aureo, tit. de ſacrament. Ordinis num. 36. verſ. tertia concluſio;* Fr. Emman. *in ſumm. tom. 2. cap. 16. num. 3.* Henriquez *d. lib. 10. cap. 12. §. 2.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract. 3. c. 8 q. 69. verſ. item minores,* me citato in hoc loco Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 10. num.* 184. Thom. Valaſc. *allegat. iuris tom. 1. alleg. 4. num. 4.* Cardoſ. *in praxi Iudicum verb. ſacramentum Ordinis num.* 42. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 1. num.* 26. Marchin. *d. tract. 1. p. 7. c. 5. num. 2.* Bonacin. *de cenſur. extra Bul. diſp. 3. quæſt. 1. puncto 3. num. 1.* Sanch. *in opuſc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 52. num. 2.* Madi. *de ſacrament. Ordin. cap. 3. num.* 4. Paul. Layman, *lib. 5. tract. 10. cap. 8. num. 1.* Antonin. Diana *moral. reſol. part. 5. tract. 13. reſol. 97. in princip.* Alzed. *d. cap. 5. num.* 21. Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 11. num.* 17. vbi cum Henriq. *loco citato,* aſſero concedere etiam conſuetudinem receptã vt feria ſexta veſpere præcedente Sabbatum, in quo de iure Ordines ſacri conferuntur, Epiſcopis fas ſit Ordines minores dare, quaſi in hoc officio cenſeatur incipere dies Sabbati pridie veſperi.

Hos dies feſtos, in quibus Epiſcopi minores Ordines conferre poſſunt, debere eſſe de præcepto, tenet Viual. *d. tit. de ſacram. Ordinis num. 35. verſ. tertia concluſio,* quem refero *d. alleg. 11. num.* 21. Villalob. *in ſumm. tom. 1. tract. 11. diffic. 13. num.* 4. Ferentil. *ad Burat. deciſ.* 758. *num.* 14. Nald. *in ſumm. verb. Ordo num.* 15. Et ſufficere ſi in diœceſi ſit ſolemnitas diei feſti, licèt vbique non celebretur, ex Henriq. *in ſumm. lib. 9. cap. 28. §. 1.* collegi *d. alleg. 11. num.* 18. 10.

Pro prima Tonſura non deſignari certum tempus, ſed in omni etiam non feſtiuo poſſe conferri, tradunt Armill. *verb. Ordo num.* 7. Henriq. *d. lib. 10. c. 12. §. 1.* Thom. Valaſc. *d. alleg. 4. num.* 3. Emman. Sà *verb. Ordo, num.* 13. Alzed. *d. c. 5. num.* 20. Ego ipſe *d. alleg. 11. num.* 19. 11.

*Ac in Cathedrali Eccleſia,* &c.] Sacrorum Ordinum collationes in Cathedrali Eccleſia vocatis præſentibus ad id Eccleſiæ Canonicis publicè Epiſcopum celebrare debere, referunt deciſum Garc. *de beneſic. part. 8. cap. 1. nu. 77. ad* 10. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Epiſcopis, nu.* 7. Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 1. cap. 1. num. 46. pag.* 55. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 26. §. 24. nu.* 2. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. par 1. tract. 2. q.* 17. Sanch. *in opuſc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 50. num.* 3. Ego ipſe *d. p. 2. alleg. 14. num.* 12. & 13. 12.

Licere quoque Epiſcopo minores Ordines in eius domo Epiſcopali conferre, reſoluunt Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 274. Henriq. *d. lib. 10. cap. 11. §. 8.* immo etiam in domo non Epiſcopali de conſuetudine licere, & ſe non ſemel ſeruari vidiſſe, atteſtatur Campan. *in diuerſ. iuris Canonici, rub. 6. cap. 2. num.* 17. quem refero *d. alleg. 11. num.* 20. 13.

Sine Miſſa, & à non ieiuno poſſe conferri minores Ordines, non autem maiores, quamuis de eorum ſubſtantia non ſit, tradunt Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut.* 466. Campan. *in diuerſ. iuris Canonici, rub. 2. num. 36. & rub. 6. cap. 2. num.* 19. Ego ipſe *d. part. 2. alleg. 11. num. 11. & alleg. 14. num.* 15. 14.

β *Vnuſquiſque autem à proprio Epiſcopo ordinetur.*] Quis autem dicatur ad hoc propoſitum proprius Epiſcopus, tradunt Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 18. art. 4.* Nauarr. *conſ. 2. num. 1. & conſ. 5. nu. 6. & conſ. 39. nu. 1. de temporibus Ordin.* Henriq. *in ſumm. lib. 10. cap. 24. §. 1.* Quarant. *in ſumma Bullarij, verb Ordo,* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 6. quæſt.* 46. Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 1. c. 1. à nu.* 8. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæſt. 38. art.* 2. Leſſ. *de iuſtit. lib. 2.* 15.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*lib.2.cap.44.dub.19.num.92.*Marchin *de ſacram.Ordin trac. 1.p.6.c.3 num.17.& 18.& p.5.c.5.6.7.& 8.* Thom. Valaſc. *tom.1.alleg.5.à nu.16.*Narbona *l.10.gloſſ.2.num.130.tit.1. lib.4.noua Recopil.pag.409.*Sanch.*in opuſc. moral lib.7.cap.1. num.22.*Cardoſ.*in praxi Iudic.verb ſacrament. Ordinis num. 25.*Torreblanca *in practicab. iuris ſpirit.lib.2.c.13.num.7. cum ſeqq.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ.c.7.num. 24.*Hurtado *de Sacram,tom.2.tract. de Ordine diſſic.17.verſ. obſeruandum eſt 2.*Bonacin.*de Sacrament. diſp.8.quæſt.vnica, puncto 4.à num.8.*Campan.*in diuerſ.iuris canon rub.9.cap.8. num.8.cum ſeqq.*Vgolin.*de officio Epiſcopi,c.26.§.1.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. tom.2. diſp.10. num.93.* Narbona *in l.20.gloſſ.2.num.132.tit.1.lib.4.nouę recopil.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum boni fori Eccleſiaſt.dec.298.in 1.edit.* aliàs *reſol.257.in 2.edit. & in deciſ. curię Archiep. Neapol.p.4.deciſ. 317.*Nouar.*in ſingul.Canon. concl.102.* Alzed *in praxi Epiſcop. p.2.c.5.ex n.42.* Ego ipſe *d part.2. allegat.4. per totam.*

16\. Epiſcopum originis illum dici, in cuius diœceſi ordinandus natus eſt, tradunt Fr.Emman.*tom.4.ſumm.cap.61.* aliàs 62. *num.12.*Henriq.*d.lib.10.cap.22.§.1.*Piaſec.*d.cap. 1.num.9.*Campan.*d.cap.8.num.7.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ.p.1.tract.2.c.1.q.5.num.1.* Vgolin.*d.cap.26.§. 1.num.3.*Bonacin.*d.puncto 4.num.13.* Alzed.*d.cap.5.num. 43.*Marchin.*d.tract.1.part.5.cap.6.* D.Acuña *ad princ. diſt. 71.num.2.*Ego ipſe *d.alleg.4.num.2.* Vbi enim quis baptizatus eſt, inde trahere originem, & per librum Baptiſmi illam probari poſſe tenent Rebuff.*in tract.de pacificis poſſeſſ.num.217.*Gonzal.*ad reg.8.Cancel.gloſſ.9.§.1.à num.105.* Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ.tom.1.cap.75.à num.16.* Alphonſ.Narbona *d.loco num.148.cum ſequentibus pag.413.*

17\. Originem patris inſpici ad Ordines ſuſcipiendos, ita ut quis ratione paternæ originis poſſit Ordines ſuſcipere ab Epiſcopo loci, in quo eius pater natus eſt, tenent Nauarr.*conſil.19.de tempor.Ordin.*Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 2.verb.dimiſſoria.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral, lib.6. quæſt. 45.*Vgolin.*d.c.26.§.1.num.4.*Gutier.*de matrim.cap.63.num. 29.* Proſper de Auguſtino *in addit. ad quarant. in ſumma Bullarij,verb.Ordo,verſ.quoad tertium,* Campan. *d.cap.8.nu. 9.*Aloyſ.Ricc.*d.reſol.257.num.4.& d.p.4.deciſ.317.num.2.* Thom.Valaſc.*tom.1.alleg.5.num.21.* Ioan. Franc. Suarez *in ſuo enchirid. caſuum, verb. Ordo, verſ. Ordinari nemo poteſt,* Marcel.Vulpe *d.cap.7.ſub num.24.*Antonin. Diana *moral. reſol.p.4.tract.4.reſol.148.*Marchin.*d.tract.1.p.5.c.6.num.1. 14.& 15.* Alzedo *de præcellentia Epiſcopalis dignitat.p.2.cap. 5.nu.44.* Ego ipſe *d.allegat.4.num.4.* Sel. *d.cap.18.nu.30.* ☞ atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Vicieguen. 12. Auguſti* 1628. *& 7. Aprilis* 1629. dum ibi fuit dictum filium legitimum ordinari poſſe ab Epiſcopo originis paternæ, tametſi pater tempore natiuitatis illius filij ad aliam diœceſim iam tranſtulerat domicilium.

18\. Ordinandum non poſſe apud Epiſcopum originis ſuę matris Ordines accipere, niſi ſit vulgo quæſitus, cuius pater ignoratur, reſoluunt Nauarr.*in ſing.Canon.concl.101, num.10.*Alzed. *d.cap.5.num.45.* Thom.Valaſc. *d.alleg.5. num.22.*Marchin.*d.tract.1.part.5.c.6.num.3.* Marcel. Vulpe *d.c.7.num.24.in fine.*Ego ipſe *d.alleg.4.num.15.*

19\. Ex origine aui non dici nepotem ad Ordinis ſuſcipiendos originarium illius loci, in quo auus natus eſt, ex Couarr. tradunt Aloyſ.Ricc.*d.reſol.257.num.5.* Vgolin.*d. cap.26.§.1.poſt num.4.verſ. excipitur,* Nouar. *d.concl.101.n. 9.*Marchin.*d.tract.1.p.5.cap.6.num.2.* Ego ipſe *d.alleg.4. num.13.*

20\. Eiectos a Religione ob delicta, quæ irregularitatem, aut aliam inhabilitatem nō inducunt, ſuper quibus Epiſcopus diſpenſare nequit, ab Epiſcopo diœceſano diœceſano originario recipi, & presbyterio ordinari poſſe, reſoluunt Nauarr.*conſ.9.de ætate, & qual. in antiq.* aliàs, *conſ.84.de regular.in nouis,*Vgolin.*d.§.1.num.6.& cap.20.§. 9.in fine,*Aloyſ.Ricc.*d.reſolut.275.num.4.in fine, & in praxi aurea reſolut.185.*Mart.*de iuriſdict.part.4.caſu 182.num.4.* Barthol.à S.Fauſto *in theſauro Relig.lib.6.quæſt.185.* Campan. *in diuerſ. iuris canon.rub.12.cap.15.num.7.* Ludouic. Miranda *in man.Prælat.tom.1.q.52.art.4.concl.2.* Laurent. de Franchis *de controuerſ.inter Epiſcop.& Regular.pag.220. in reſponſ.ad 7.*Ego ipſe *d.alleg.4.num.21.& in collect. ad c. vltimum,num.11.de regular.*

Contra Fr. Emman. Azor. Molin. & Leſſ. quos refert & ſequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.2.lib.6.cap.9. num.29.*Hieron.Roder.*in quæſt.regul.reſol.57.num.11.* exiſtimantes hos minimè teneri Epiſcopo alicui certo obedire, ſed tantùm inſtar aliorum clericorum Epiſcopo ſubijci, in cuius diœceſi habitauerint.

Sed S.Congr. *in decretis impreſſis de Regularibus apoſtatis & eiectis ſub die 21. Septembris* 1624. ☜ ſtatuit vt eiecti extra Religionem degentes ſint perpetuò ſuſpenſi ab exercitio Ordinum, ſublata Ordinarijs locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi ac moderandi.

21\. Beneficij ratione effici quem ſubiectum Epiſcopi diœceſis, in qua illud habet, & poſſe ab eo ordinari, ſeu ab alio de eius licentia, quamuis aliàs ei alio modo ſubditus non ſit, tenent Piaſec.*d.cap.1.num.10.verſ. ratione beneficij,* Homobon.de Bonis *de examine Eccleſ.part.1.tract.2. cap.1.q.5.num.3.*Mari.Anton.*var.reſol, lib.1.reſol.fin.caſu 28.*Campan.*in diuerſ.iuris canon rub.9.cap.8.num.11.* Armendar.*in addit.ad recop.legum Nauarræ,lib.1.tit.18.l.7.in declar.num.61.*Garc.*de benefic part.2.cap.4.à num.1.* Aloyſ. Ricc.*in praxi rerum fori Eccleſ.reſol.258.in 2.edit.*Vgolin.*d. cap.26.§.3.*Bonacin.*de Sacrament.diſp.8.quæſt.vnica, puncto 4.num.14.*Nouar.*in ſingul.canon.concluſ.102.à nu.12.* Burg. de Paz *l.3.Tauri num.398.cum ſeqq.* Narbona *d.loco num. 204.cum ſeqq.pag.420.& ſeq.* Squillante *de priuileg.cleric. cap.4.num.237.cum ſeqq.* Scip. de Rubeis *in his aphoriſm. Epiſcop.ver.Ordo ſub num.18.* Thom. Valaſc.*alleg.iuris tom. 1.alleg.5.à num.26.*Sanch *in opuſcul.moral.lib.7.c.1.dub.23.* vbi *num.15.* ſubdit domicilium comparatum ex beneficio finiri beneficio dimiſſo, Marchin.*d.tract.1.part.5.c.8. per tot.*Marcel.Vulpe *d.c.7.num.27.*Torreblanca *d.lib.2.c. 13.num.12.* habita ſcilicet illius poſſeſſione, ex Garc.*d.c. 4.num.55.*Cened.*canon.quæſt.lib.1.quæſt.4.num.23.* Nouar. *d.concl.102.num.20.*D.Acuña vbi *ſuprà num.7.verſ.4.* Ego *d.alleg.4.num.55.*

22\. Ampliatur primò in beneficio etiam exiguo, vt per Henriq.*dicto lib.10.cap.22.§.1.iuncto commento littera Q.* Garc.*d.cap.4.num.8.*Campan.*d.rub.9.c.8.num.12.& rub.8. cap.5.num.19.*Nouar.*d.concl.102.num.13.*Diana *moral. reſolut.part.4.tract.4.reſol.51.* Marchin. *d.part.5.cap.8.num. 14.* vbi ſecus dicit ſi beneficium ſit tenuiſſimum, Marcel.Vulpe *d.c. num.27.*

Contra Proſper. de Auguſtino *in addit. ad Quarant. verb Ordo.*Vgolin.*d.cap.26.§.3.in fine,*Aloyſ.Ricc.*in d.praxi fori Eccleſ. reſolut.260.& part.3.deciſ.77.* Squillante *de priuileg.cleric.cap.4.dub.18.num.238.*Piaſec. *loco proximè citato,* exiſtimantes ratione beneficij exigui non effici quē ſubiectum Epiſcopo diœceſis in qua illud habet.

23\. Ampliatur ſecundò etiam in beneficio, quòd ſpectaret ad prouiſionem alterius Epiſcopi, vt per Garc.*d.c.4. num.15.*Campan.*d.c.8.num.15.*metipſum *d.alleg.4.num.52.*

24\. Ampliatur tertiò, etiamſi reſidentiam non requirat, Henriq.*d.c.22.§.1.*Piaſec.*d.c.1.num.10.verſ.ſecundo,*Campan.*d.c.8.num.2.*Nouar.*d.concl.102.num.14.* Thom. Valaſc.*d.alleg.5.num.30.cum ſeqq.*Vgolin.*d.c.26.§.3.verſ. ſecundò locum habet,*Alphonſ.Narbona *d.loco num.214.pag. 421.*Sanch *in opuſc.moral.lib.7.c.1.dub.23.nu.7.* Marchin. *d.pract.1.part.5.cap.8.nu.3.& 4.*Sel.*d.cap.18.num.29.* ☜ atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die 26.May* 1594. dum ibi fuit dictum obtinentem beneficium ſimplex in aliqua diœceſi poſſe ab Epiſcopo loci beneficij ordinari.

Contra Marc.Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol.cap.48.num.3.* exiſtimantem non poſſe quem ordinari ab Epiſcopo loci vbi habet beneficium reſidentiam non requirens.

25\. Ampliatur quartò, etiamſi beneficium non in titulum ſed in commendam maxime perpetuam habeat, Garc. *d.cap.4.num.10.* Nouar.*d.concl.102.num.15.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.49.num.2.*Sanch.*d.lib.7.cap.1.dub.23. num.8.*Marchin.*d.part.5.cap.8.num.16.*Ego ipſe *d.alleg.4. num.50.*

26\. Ampliatur quintò in poſſidente præſtimonium aliquod, Henriq.*d.lib.10.cap.22.§.1.in commento littera H.* Campan.*d.cap.8.num.19.verſ.& qui.* Aloyſ.Ricc.*in d.praxi reſol.258.in fine,*Nouar.*d.concl.102.num.16.* Marchin. *d. cap.8.num.5.* Idem dicendum de capellania, quæ eſt perpetua,

perpetua,

petua,& in titulum collata, Aloyſ. Ricc. *part 2.deciſ.190.* Narbona *d. loco num.215.pag.422.*

27. Ampliatur ſextò in habente plura beneficia in diuerſis diœceſibus, quia ab vno illarum Antiſtite promoueri ſine dubio poſſe reſoluunt Campan.*d.c.8.num.14.*Nicol. Garc.*de benefic part.2.cap.4.num.2.* D.Acuña *ad princip.diſt.71.num.7.in initio.* Sanch.*d.lib.7.cap.1.dub.23.num.17.* Marchin.*d.p.5.cap.8.num.8.* Ego ipſe *d.allegat.4.num.51.* & notat Nouar.*d.concl.102.num.22.*quòd per electionem vnius iſtorum Epiſcoporum non cenſetur præcluſa via quominus pro alijs Ordinibus poſſit ordinatus ad alios Epiſcopos accedere;contra Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.265.* & Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis, tract.2.cap.1.num.1.*

28. Regularem promoueri debere ab Epiſcopo loci vbi degit, vel ab alio eius accedente aſſenſu,præcedentibus tamen litteris dimiſſorijs ſui Superioris, tenent Nauarr. *conſ.22. de temporibus ordinat.*aliàs *conſ.36 in nouis, eod.tit.* Savr. *in floribus deciſ. ſub eod.tit.deciſ.24.*Maiol.*de irregular.lib.4.cap.20.num.2.* Ludou. Miranda *in man. Prelat. tom.1.quæſt 39.art.2.* Campan. *d. rub 9.cap.3.& rub.12.cap.13. à num 33.*Franc.Leo *in theſauro fori Eccleſ.p.1.cap.4.num.36.* Homobon.de Bonis *de examine Eccleſ.part.1.tract.2.cap.1.q.2.in fine,* Portel.*in dub. regular. verb. Ordines ſacri num.2.* Lezana *in ſumm.quæſt Regul.cap.14.num.2.*Nouar.*in ſingul.canon.concl.104.*Hieron.Roder.*in compend.quæſt regul. reſolut.106.num.15.* Ego ipſe *d.alleg.4.à num.60. cum ſeqq.*

29. Illum, qui non longo tempore degit in aliquo loco, dum tamen habuerit animam perpetuò in eo permanendi, poſſe ab illius Antiſtite, aut eius accedente conſenſu ab alio ordinari;tenent Nauarr. *conſil.10.in antiq.* aliàs *conſil.2. in nouis de temporibus ordinat.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ.reſol.263.*Armendar. *in addit. ad recop.legum Nauarræ,lib.1.tit.18.l.7.num.49.*Bonacin. *d. puncto 4.num.4.cum ſeqq.* Vgolin.*d.cap.26.§.2.* Homobon. de Bonis *d.tract.2.cap.1.q 5.num.2.*Nald.*in ſumma verb. Ordo, num.10.* Campan.*d. rub.9.cap.8.num.18.* Cened. *canon. quæſt lib.1.q.38.num.38.*Alphonſ.Narbona *ad l.20.gloſ.2.num.6.cum ſeqq.tit.1.lib.4. nouæ Recop.* Marchin.*de ſacram. Ordinis tract.1.p.5.c.7.*Molfeſ.*in ſumm.Theolog. moral. tract.2.cap.2.num.6.* Fagundez *in quinque Eccleſ. præcepta lib.1.cap.8.num.12.*Ego ipſe *d.alleg.4.num.26.*Vbi enim conſtat de voluntate, tunc eo ipſo abſque lapſu temporis acquiri domicilium, ſiue incolatum, probant Sim. de Prætis *conſil.119.num.8.lib.1.*Rot.*deciſ.150.num.7.p.2. diuerſ. & deciſ.188.num.3.part.2.recent.* & in his terminis Paul. Laymann.*in Theolog.morali tract.9 cap.9.de ſacrament. Ordin. num.10.*Squillante *de priuileg clericor.cap.4.num.253.*Si verò non conſtet, & ſimus in dubio, tunc animum perpetuò ibi permanendi præſumi, ſi aſſidua probetur habitatio in aliquo loco non minori tempore decennij,reſoluunt Maſcard.*de probat.concluſ.534.num.7.*Piaſec. *in praxi Epiſcop.part.1.cap.1.num.9.verſ.vel ſui,*Aloyſ.Ricc. *d. reſol.263.num.2.*Bonacin.*d.puncto 4.num.12.*Campan. *d. nu.18.verſ.quòd ſi,*Menoch.*de arbitr.caſu 86.num.13.* Vgolin. *d.cap.26.§.2.num.2.*Narbona *citato loco num.68.* Marchin. *d.cap.7.num.3.*Ego ipſe *d.alleg.4.num.28.*vbi *num.41.*aſſero in domicilio mutando Epiſcopi originarij licentiam non requiri, ſed ordinandum debere portare veritatis teſtimonium circa mores,ſufficientiam,ac natalitia,niſi à teneris annis domicilium fuerit translatum,& illic habitatio continuata vſque ad tempus promotionis.

30. Epiſcopum poſſe infra annum probationis ordinare nouitium alibi natum,ſi tamen in eius diœceſi moretur, & probationem faciat,tenent Campan. *d. rub.9.cap.3.nu.3.*Aloyſ.Ricc.*d.deciſ.118.num.6.part.4.* Lezana *in ſumm. quæſt.Regul.c.24.num.6.* Ego ipſe *d.alleg.4.num.62.& 63.*

31. 7 *Si ſecus fiat, ordinans à collatione Ordinum per annum,* &c.] Suſpenſionem à collatione Ordinum per annum incurrere Epiſcopum ordinantem etiam in propria diœceſi non proprium ſubditum, licèt is accedat cum litteris dimiſſorijs, vel prætextu alicuius generalis, vel ſpecialis reſcripti,vel priuilegij, ſi careat teſtimonio ſui Ordinarij,quo eius probitas,ac mores commendentur, aſſerunt Soar.*tom.5.de cenſur.diſput.31.ſect.5.*Cardin.Tolet. *in inſtruct. ſacerd. lib.1.cap.48.nu.4.*Sayr.*de cenſur.lib.4.cap.12.num.13.*Alter. *eod. tract.tom.2.diſput.16.cap.1.col.3.dub.2.*Bonacin.*de ſuſpenſionibus omnibus in particulari, diſput.3.quæſt.2.puncto 7.* Multos caſus in quibus excuſatur ordinans ab hac cenſura, poſt Soar. proſequitur Valer. Reginald. *d lib 32. tract.2.num.69.verſ ſicut autem,in fine,* vbi dicit excuſationem dandam quando vnus Epiſcopus ordinat ſubditum alterius ſub ſpe rationabili ratihabitionis.

Vnde Epiſcopum ex ignorantia probabili ſubditum 32.
alterius ſine proprij licentia ordinantem ſuſpenſionem nòn incurrere,reſoluunt Nauarr. *conſ.40.in nouis ſub tit. de tempor. ordin.* Sayr.*ſub eod.tit.deciſ.62.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.26.§.22.nu.2.* Aloyſ.Ricc.*in d.praxi rerum fori Eccleſ.dec.297.in 1.edit.* aliàs *reſol.356.num.4.in 2.edit.*

Conferentem Ordines, vel Tonſuram Vltramonta- 33.
no abſque litteris dimiſſorijs non approbatis à Nuncijs, ſeu Collectoribus illarum partium, illiſque approbatis in Vrbe à Vicario Papæ generaliter ſuſpendi per annum à Pontificalibus, ipſos verò ordinatos perpetuam ſuſpenſionem incurrere, ſtatuit S. D. N. Vrbanus VIII. *conſtit. ſua incip.Secreti, ſub dat.11. Decembris* 1624. cuius meminit Bonacin.*d.puncto 7.in fine.*

Regulares non comprehendi generali decreto de 34.
Ordine Sanctiſſimi edito, quo olim præcipiebatur vt Vltramontanis abſque ſanctitatis ſuæ, vel S. Congregationis licentia Ordines non cõferantur,aſſerit Sel.*d.c.18.nu.30.*atteſtans ſic fuiſſe deciſum per S.Congr. Epiſcop. & Regul. *in Neapolitana 30. Decembris* 1617. quia in Ordinibus generalibus non comprehenduntur Regulares, niſi ſpecialiter nominentur. Nec per idem decretum ſublatum cenſetur priuilegium Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Concil.Trident. quoad eorum familiares cõceſſum, ſimiliter dicit Sel. *d.loco,* vbi refert ita decidiſſe eandem S.Congr. *in Caietana 2.Ianuarij* 1618.

8 *Et ordinatus à ſuſceptorum Ordinum exequutione,* &c.]
Vide Salzed.ad Bernard.*in pract.cap.26.littera E.* Cutier. 35.
*canon.lib.1.cap.26.num.24.* Zerol. *in praxi Epiſcop.part.2.verb.dimiſſoriæ,*Flamin.Pariſ.*de reſignat.benefic.lib.4.q.2.nu.89.*Franc.Leo *in theſauro fori Eccleſ.p.3.cap.8.nu.3.* Cened. *pract.lib.1.quæſt.38.à num.4.*Ægid.de ConincK *de Sacram. & cenſur.tom.2.diſput.15.dub.5.num.35.*Valer.Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.32.tract.2.num.69.* Bonacin. *de cenſuris diſp.3.quæſt.6.puncto 5.num.27.*metipſum *d.p.2.alleg.17.à num.9.*

Vtrùm autem ſuſpenſus iuxta Bullam Pij II. *incip.* 36.
*Cùm ex ſacrorum,* poſſit ab Epiſcopo diſpenſari? vide Aloyſ. Ricc. *in dec.Curiæ Archiep.Neapol.dec.93.part.4.*vbi *dec.90.*quærit,& differit,an in pœnas dictæ Bullæ incidat qui ignoranter prohibita in illa egit.

Non comprehendere dictam Bullam minoribus Or- 37.
dinibus inſignitos reſoluunt Henriq. *d. lib.10.cap.12.§.2. in commento littera M.*Zerol.*in praxi Epiſcop.part.1.verb. dimiſſoriæ.*Bonacin. *de ſuſpenſionibus omnibus in particulari diſput.3.q.1.puncto 11.num.17.* Cardin. Tolet. *d.lib.1.cap.49.num.5.*Campan.*d.rub.6.cap.2.num.21.* Bonacin. *de cenſur. extra Bul.diſp.3.q.1.puncto 11.num.17.* Ego ipſe *d.alleg.8.num.11.*

*Quandiu proprio Ordinario,* &c.] Ideſt, quando ſuo pla- 38.
cuerit Ordinario,vel futuro ſucceſſori, Suar. *d. diſput.31.ſect.1.num.20.* Petr.de Ledeſma *in ſumm.vbi de ſacrament. Ordin.cap.8.concl.3.* Marcel. Vulpe *in praxi iud. fori Eccleſ.cap.8.num.1.*Ciarlin.*controu. forenſ.lib.1.cap.46.num.27.* Et ſic ad hoc vt talis fiat capax, & poſſit beneficium retinere,ſufficit ratihabitio proprij Epiſcopi, Maiol. *de irregul.lib.1.c.10.num.1.*Bonacin.*de Sacram.diſp.8.quæſt.vnica puncto 4.num.15.* Ciarlin. *d.lib.1.c.46.num.26.* Clericum Vltramontanum abſque litteris dimiſſorijs ſui Ordinarij ab Epiſcopo Italiæ ad Ordines promotum non poſſe ab eodem Ordinario abſolui, tenent Sel.*d.c.18.num.31.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die 9. Septemb.*1623.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Epiſcopus familiarem ordinans, conferat ſtatim ei beneficium re ipſa.*

## CAPVT IX.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Epiſcopus titularis non poteſt prætextu cuiuſcunque familiaritatis quemquam ordinare.*
3 *Cardinales Presbyteri Tonſuram cæteróſque minores Ordines ſuis familiaribus conferunt.*
4 *Familiaris qui dicatur.*
5 *Vicarius Papæ quos ordinare valeat.*
6 *Familiaris ad hunc effectum ille dicitur, qui cum Epiſcopo fuerit cõmoratus, & præſens inſeruierit.*
7 *Magiſter actorum curiæ Epiſcopalis poteſt vt familiaris ab Epiſcopo ordinari.*
8 *Triennium requiritur continuum.*
9 *Et ſufficit vt incœperit antequam fuiſſet Epiſcopus.*
10 *Epiſcopus ordinare poteſt familiarem ſuum triennalem aliàs habilem, conferendo ei ſtatim re ipſa beneficium quacunque fraude ceſſante.*
11 *Habet locum etiam in prima Tonſura, & minoribus Ordinibus.*
12 *Epiſcopus ordinare non poteſt ſuum familiarem, cui non contulit beneficium ex eo quod aliud poſſidebat in aliena diœceſi.*
13 *Penſionis ad titulum quando poſſit Epiſcopus ordinare familiarem ſuum.*
14 *Patrimonij ad titulum quando poſſint ordinari familiares Epiſcoporum triennales.*
15 *Dimiſſoriæ ritè, & rectè concedi poſſunt ab Ordinario beneficij.*
16 *Epiſcopus ſuper interſtitijs, ſeu illegitimitate diſpenſare non poteſt cum familiari ſuo triennali.*

α EPiſcopus β familiarem ſuum non ſubditum ordinare non poſſit, γ *niſi per triennium* ſecum fuerit commoratus, δ *& beneficium, quacumque fraude ceſſante*, ſtatim re ipſa illi conferat, conſuetudine quacumque, etiam immemorabili, in contrarium non obſtante.

1. VIde Nauarr. *conſ.* 10. aliàs 2. *& conſ.* 24. aliàs 11 *& conſil.* 72. aliàs 12 *& conſ.* 28. aliàs 13. *ſub tit de tempor. ordinat.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eodem tit, deciſ.* 12. 26. 28. & 29. Maiol. *de irregul. lib.* 4. *c.* 2. *num.* 5. Iacob. de Graff. *in deciſ. aureis p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 7. Salzed. ad Bernard. *in practica c.* 26. *verſ. tertius caſus*, Henriq. *in ſumm. lib.* 10. *cap.* 12. §. 1. Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic. lib.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 91. Fr. Emman. *in ſumm. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 10. Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Ordo, verſ. limita in eo*, Soar. *de cenſur. diſp.* 51. *ſect.* 2. *num.* 15. Auila *in ſimili tract. part.* 3. *diſput.* 6. *dub.* 7. *pag.* 233. Sayr. *eod. tract. lib.* 7. *cap.* 10. *verſ.* 30. Petr. de Ledeſma *in ſumm. part.* 1. *de Sacrament.* vbi de Sacrament. Ordinis, *cap.* 5. *concl.* 9. *verſ. eſt an.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. dimiſſoria pag.* 106. *& part.* 2. *verb. Ordo* §. 5. *pag.* 78. Piaſec. *in ſimili praxi p.* 1. *cap.* 1. *num.* 15. *pag.* 31. Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 23. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 26. §. 4. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiepiſ. Neapol. cap.* 81. *num.* 3. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis à num.* 33. *& nu.* 46. *cum ſeqq.* Thom. Valaſc. *alleg. iuris tom.* 1. *alleg.* 5. *num.* 2. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 307. *cum ſeqq. in* 1. *edit.* aliàs *reſol.* 266. *cum ſeqq. in* 2. *edit. & in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 283. *p.* 2. Martin. Fornar *de ſacrament. Ordinis c.* 5. *ad fin.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib.* 32. *num.* 69. Cened. *pract. & canon. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 38. *à num.* 29. Campan. *in diuerſor. iuris canonici rub.* 9. *c.* 9. Garc. *de benefic. p.* 2. *c.* 5. *num.* 80. *cum ſeqq.* Raguc. *in lucerna Parochor. tit. de ſacrament. Ordinis quæſt.* 18. Venero *in examine Epiſcop. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 38. Narbona *l.* 35. *gloſſ.* 1. *num.* 28. *cum ſeqq. tit.* 3. *lib.* 1. *nouæ recop.* Bonacin. *de Sacram. diſput.* 8. *quæſt. vnica puncto* 4. *num.* 15. *cum ſeqq.* & nouiſſimè *de ſuſpenſionibus omnibus in particulari, diſp.* 3. *quæſt.* 1. *puncto* 11. *à num.* 8. Alzed. *in pract. Epiſcop. p.* 2. *c.* 5. *de ordinat. num.* 32. *cum ſeqq.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 2. *alleg.* 5. Molfeſ. *in ſumma Theolog. moralis tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 8. Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. part.* 1. *cap.* 1. *quæſt.* 5. *in fine*, Nouar. *in ſingularibus Canon. concl.* 103. Bartholom. Gauant. *in manuali Epiſcoporum verb. familiaris à num.* 1. latè Marchin. *de ſacrament. Ordinis tract.* 1. *part.* 5. *cap.* 9. Cardoſ. *in praxi Iudicum, verb. ſacramentum Ordinis num.* 16. Alphonſ. Narbona *l.* 35. *gloſſ.* 1. *n.* 26. *cum ſeqq. tit.* 3. *li.* 1. *Recopil.* Sanch. *in opuſcul. moralibus lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 20. *n.* 20. *cum ſeqq.* Torreblanca *in practicab. Iuris ſpirit. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 13. *cum ſeqq.* Hurtado *de Sacrament. tom.* 2. *tract. de Ordine diffic.* 17. *prope fin.*

α *Epiſcopus.*] Non tamen titularis, quem quidem prætextu cuiuſcunque familiaritatis, aut continuæ commenſalitatis ſuæ aliquem abſque proprij Prælati expreſſo conſenſu, aut litteris dimiſſorijs ad aliquos ſacros, aut minores Ordines, vel primam Tonſuram promouere non poſſe probat Concil. ſuprà *ſeſſ.* 14. *de reform. cap.* 2. *num.* 4. vbi plures citaui Doctores. 2.

Cardinales Presbyteros Tonſuram, cæteróſque minores Ordines ſuis familiaribus conferre poſſe aſſerunt Martin. Lauden. *in tract. de Cardin. q.* 20. Iacobat. *in tract. de Concil. lib.* 1. *art.* 12. *verſ. item Cardinalibus*, Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 8. Ego ipſe *d. alleg.* 5. *num.* 19. Sel. *in ſelectis canonic. c.* 19. *num.* 3. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 22. *Ianuarij* 1602. dum ibi fuit reſolutum Cardinales ſuis familiaribus triennalibus dimiſſorias ad Ordines ſuſcipiendos concedere poſſe, tametſi illis nec antè, nec ſtatim poſtea conferant beneficium. 3.

Vicarium Sanctiſſimi poſſe familiares, ſeu officiales Papæ, ac familiarés Cardinalium (etſi Cardinales habitaſſent Romæ) ac etiam Epiſcoporum in Curia reſidentium, qui ſaltem per triennium habitauerint in Vrbe de licentia ipſorum promoueri, dum tamen ſupradicti omnes ſufficientem titulum habeant, & alia à iure requiſita teſtatur deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis in declarat. num.* 49. quem refero *d. alleg.* 5. *num. vlt.* 4.

β *Familiarem ſuum.*] Familiaris vt quis dicatur neceſſe eſt vt fuerit deſtinatus ad aliquod ſeruitium certum, requiriturque mens, & dens, Rot. *in Hiſpalen. portionis* 2. *Maij* 1614. *coram bonæ mem. Andrea*, impreſſa *deciſ.* 184. *p.* 1. *recent.* vbi *num.* 2. *&* 3. cenſuit familiaritatem ceſſare vbicunque familiaris fuit licentiatus, & demiſſus, & *num.* 9. quòd familiaris poteſt eſſe quis, licèt non comedat in tinello, vtputa quia recipit portionem in pecunia, vel eã habeat extra domum, refero Ego ipſe *d. alleg.* 5. *num.* 20. vbi *à num.* 2. oſtendo quomodo probetur familiaritas. 5.

Familiarem ad effectum, de quo in præſenti, illum dici, qui cum Epiſcopo fuerit commoratus, & præſens inſeruierit, non tamen illum, qui abeſt, etſi ſumptibus Epiſcopi vixerit, tenent Salzed. *d. cap.* 26. *verſ. tertius caſus*, Maiol. *d. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 5. Borgaſ. *de irregul. quæſt.* 27. *num.* 13. Fr. Emman. *in ſumm. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 10. Vgolin. *d.* §. 4. Piaſec. *d. cap.* 1. *num.* 15. *pag.* 31. Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarant. in ſumm. Bullarij, verb. Ordo, verſ. limita in* 6.

eo,

*eo.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 307. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 266. *num.* 2. *&* *reſol.* 267. *num.* 2. *in fine in* 2. *edit.* Bonacin. *d. diſp.* 8. *quæſt vnic. puncto* 4. *num.* 18. nouiſſime D. Felician. de Vega *in relect. ad c. cum contingat num.* 28. *de foro comp.* Ego ipſe *d. alleg.* 5. *num.* 6. idem Aloyſ. Ricc. *par.* 2. *deciſ.* 283. *à num.* 2. Sanch. *in opuſc. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 20. *nu.* 21. Greg. XV. & *ibi* Beltramin. *deciſ.* 166. Vnde etiã familiares, vel famuli familiarium Epiſcopi, qui expenſis Epiſcopi aluntur, dicuntur familiares Epiſcopi, & fruuntur priuilegio, de quo in hoc decreto; ita Sanch. *d. to.* 2. *lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 20. *num.* 24. Diana *reſol. moral. part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 145. Marchin. *d. tract.* 1. *part.* 5. *cap.* 9. *num. vlt.*

7. Magiſtrũ actorem curiæ Epiſcopalis poſſe vt familiarem ab Epiſcopo ordinari, tenet Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 471. *in* 3. *edit. & p.* 3. *collect.* 596. *verſ. amplia quartò*, vbi citat Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ.* 233. faciunt quæ Marin. Antonin. *variar. reſolut. libro* 1. *reſol.* 75.

8. *y Niſi per triennium.*] Continuum ſcilicet, vt per Campan. *d. rub.* 9. *cap.* 9. *num.* 12. Nauar. *in ſingul. canon. concl.* 103. *num.* 3. Marchin. *d. c.* 9. *num.* 2. Bonacin. *d. q.* 1. *num.* 7. *verſ. tertia.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 308. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 267. *in* 2. *edit.* vbi *numero* 2. aſſerit quòd verbis Epiſcopi aſſerentis quem eſſe familiarem non creditur, refero Ego ipſe *dict. allegat.* 5. *numero* 9.
9. *&* 10.

Et ſufficere quòd huiuſmodi triennium incœperit antequam fuiſſet Epiſcopus, referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *d. collect.* 596. *verſ. amplia quintò, & in d. praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 309. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 268. *in* 2. *edit.* Nicol. Garc. *d. c.* 5. *num.* 83. Narbona *d. l.* 35. *gloſſ.* 1. *num.* 28. Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Ordo pag.* 194. *col.* 2. Bonacin. *de ſuſpenſionibus in particulari diſput.* 3. *quæſt.* 1. *puncto* 11. *num.* 9. Marchin. *d. cap.* 9. *num.* 3. Marcel. Vulpe *d. c.* 7. *num.* 19. Ego ipſe *d. alleg.* 5. *num.* 8.

10. *ẟ Et beneficium quacunque fraude ceſſante*, &c.] Epiſcopum ordinare poſſe familiarem ſuum triennalem aliàs habilem conferendo ei ſtatim re ipſa beneficium quacunque fraude ceſſante, tenent, deciſumque referunt Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 92. Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. dimiſſoriæ ad Ordines* §. 1. *& part.* 2. *verb. Ordo, verſ. quintò dubitatur*, Rot. *deciſ.* 222. apud Farin. *in* 1. *collect. nouiſs.* aliàs *p.* 4. *diuerſ.* Armendar. *d. l.* 7. *de Epiſcop. num* 45. *&* 51. Nicol. Garc. *d. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 85. Ego ipſe *d. alleg.* 5. *nu* 11. Vgolin. *d* §. 4. vbi dicit ſtatim, ſeu paulo pòſt Epiſcopum debere beneficium conferre, ſi enim antè conferret, ratione beneficij conferendi poteſtatem haberet, & non ratione triennij, Sanch. *d. dub.* 20. *num.* 25. Diana *d. reſol.* 145. *verſ. notandum*; vnde poſt Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 4. *q.* 2. *nu.* 92. dicit deciſum Aloyſ. Ricc. *p.* 2. *deciſ.* 291. *à num.* 3. Epiſcopum non ſatisfacere decreto Concilij, qui ordinauit, & poſt lapſos vndecim menſes contulit beneficium, & Molfeſ. *d. c.* 2. *nu.* 9. tenet collationem factam beneficij poſt ſex menſes non dici factam ſecundùm mentem Concilij.

11. Et habere locum etiam in prima Tonſura, & minoribus Ordinibus, ita vt illos familiari ſuo triennali conferre non poſſit, niſi illi ſtatim beneficium conferat, reſoluunt Nauarr. *conſil.* 24. *in antiq.* aliàs 11. *in nouis ſub tit. de tempor. ordinat.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.* 26. Rot. *deciſ.* 731. *part.* 1. *diuerſ.* Fr. Emanu. *d. c.* 14. *num.* 10. Zerol. *d. verb. ordo verſ. quintò dubitatur, poſt med.* Cened. *canon. quæſt. lib.* 1. *q.* 38. *num.* 30. *verſ. quod decretum*, Bonacin. *de ſuſpenſionibus in particulari diſp.* 3. *q.* 1. *puncto* 11. *ſub n.* 9. Alzed. *d. cap.* 5. *de ordination. num.* 33. Garc. *d. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 84. Narbona *d. l.* 35. *gloſſ.* 1. *num.* 31.

Epiſcopum ordinare non poſſe ſuum familiarem cui non contulit beneficium, ex eo, quia beneficium poſſidebat in aliena diœceſi, tenet Sel. *d. c.* 19. *nu.* 17. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 22. *Aprilis* 1617. 12.

Penſionis ad titulum poſſe Epiſcopum ordinare familiarem ſuum ſi pro neceſſitate, vel vtilitate ſuarum Eccleſiarum iudicat ordinandum, referunt deciſum Garc. *d. c.* 5. *num.* 81. Armendar. *d. lib.* 7. *de Epiſcop. num.* 46. *& lib.* 1. *tit.* 8. *de patrim. cleric. num.* 20. Bonacin. *d. puncto* 11. *num.* 11. Alzed. *d. c.* 5. *num.* 86. 13.

Patrimonij ad titulum poſſe ordinari familiares Epiſcoporum triennales pro neceſſitate, & commoditate Eccleſiarum, dummodo adſcribãtur Eccleſijs, pro quarum neceſſitate ſunt ordinati, referunt deciſum Garc. *d. c.* 5. *num.* 81. *&* 82. Armendar. *d. l.* 7. *de Epiſcopis num.* 47. Ego ipſe *d. alleg.* 5. *num.* 12. 14.

Dimiſſoriæ ritè, & rectè concedi poſſunt ab Ordinario beneficij, *cap. fin. de temporibus ordin lib.* 6. Nec obſtat Concil. in præſenti, quia loquitur de non ſubditis, ſed ratione beneficij ſibi collati efficitur quis ſubditus, refert deciſum Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benefic. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. 15.

Epiſcopus licèt familiarem ſuum triennalem aliàs ſibi non ſubditum conferendo, ei ſtatim beneficium ordinare, & illi litteras dimiſſorias ad ordinandum à quocunque dare poſſit, ſuper interſtitijs tamen temporum, ſeu illegitimate diſpenſare non poſſe, referunt deciſum Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de temporibus ordin. deciſ.* 28. *&* 29. Garc. *d. c.* 5. *num.* 89. Nauarr. *conſ.* 27. *&* 28. *in antiq.* aliàs 12. *&* 13. *in nouis, de tempor. ordin.* Cened. *d. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 31. Vgolin. *d.* §. 4. *prope fin.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Ordo pag.* 194. *col.* 1. Armendar. *d. l.* 7. *de Epiſcopis num.* 48. Aloyſ. Ricc. *d. reſolut.* 266. *in fine*, Alzed *d. c.* 5. *num.* 37. Bonacin. *de ſuſpenſionibus omnibus in particulari, diſp.* 3. *quæſt.* 1. *punct.* 11. *num.* 13. Sanch *in opuſc. moralibus lib.* 7. *c.* 1. *dub.* 27. *num.* 3. Marchin. *d. c.* 9. *num.* 11. *&* 12. *& tract.* 1. *p.* 7. *c.* 4. Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 15. *verſ. ſublimitari*, vbi etiam dicit quòd quando familiari iam ordinato collatum eſt ſtatim beneficium, poterit poſtea Epiſcopus quoad interſtitia diſpenſare, quia ratione beneficij collati illi iam eſt ſubditus, quod etiam refert deciſum Armendar. *d. l.* 7. *de Epiſcopis num.* 50. & ſentit Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.* 9. *cap.* 9. *num.* 3. *&* 4. vbi *num.* 6. dicit quòd vbicumque Antiſtes poteſt ſuum familiarem ordinare, poteſt etiam litteras dimiſſorias eidem concedere, vt ab alio ſuſcipiat Ordines. 16.

---

*Abbates exempti, etiam nullius diœceſis, nulli ſeculari, aut Regulari ſibi non ſubdito dent dimiſſorias, nec quæcunque Capitula, etiam cathedralium Eccleſiarum.*

## CAPVT X.

1. *Doctores de materia cap. agentes.*
2. *Abbatibus quantuncunque exemptis etiam nullius diœceſis non licet ordines cuiquam conferre minores, qui Regularis ſubditus ſibi non ſit.*
3. *Nouitij Ordines minores ſuſcipere non poſſunt à ſuis ſuperioribus Abbatibus Regularibus.*
4. *Diſpenſare in interſtitijs licet Abbatibus in omni caſu, quo primam Tonſuram, & minores ordines ſuis ſubditis Regularibus conferre poſſunt.*

*5 Abbas*

5 *Abbates non poſſunt Tonſuram & minores Ordines conferre alijs Regularibus, qui dimiſſorias ſuorum ſuperiorum habuerint.*

6 *Abbas vt poſſit ad Ordines minores promouere quæ habere debeat.*

7 *Abbas poteſt de iure conferre Ordines minores ſuis ſubditis, licèt non ſit benedictus.*

8 *Abbas alicuius Abbatiæ exemptæ non poteſt Ordines in ea conferre, licèt ſit Epiſcopus, ſecus ſi Abbatia eſt nullius.*

9 *Ordines conferre ſubditis ſecularibus Abbatum, & aliorum inferiorum nullius diœceſis licet Epiſcopis vicinioribus ſine conſenſu, ſeu litteris teſtimonialibus eorundem Abbatum.*

10 *Dimiſſorias litteras ad Ordines ſuſcipiendos concedere non poteſt Abbas clericis ſecularibus ſibi ſubditis.*

11 *Dimiſſorias litteras concedere poſſunt ſuperiores Regulares ſuis ſubditis item Regularibus, ad Epiſcopum tamen diœceſanum, &c.*

12 *Priuilegium habentes concedendi ſuis Monachis litteras dimiſſorias ad quemcunque Epiſcopum poſſunt etiam nouitijs illas concedere.*

13 *Capitulo Canonicorum non licet dimiſſorias concedere, etiamſi territorium habeat diſtinctum, & exemptum.*

14 *Non habet locum contra Capitulum ordinarium priuatiuè ad Epiſcopum iuſque habens viſitandi, & congregandi Synodum.*

15 *Epiſcopus proprius ad dimiſſorias concedendas ille dicitur, in cuius diœceſi ordinandus beneficium habet.*

16 *Epiſcopus abſens à ſua diœceſi poteſt dare litteras dimiſſorias ſi abſentes diœceſani illas petierint.*

17 *Vicarius generalis Epiſcopi litteras dimiſſorias concedere non poteſt, niſi Epiſcopo in remotis agente.*

18 *Epiſcopus ſine dimiſſorijs alienos clericos ordinans & ordinatus quas pœnas incurrat.*

19 *Vicarius Capituli Sede vacante litteras dimiſſorias intra annum ad Ordines concedens incidit in pęnas, quamuis eis vſus non ſit ille, cui conceſſa fuerint.*

20 *Abbates, & alij quamtumuis exempti qui faciunt dimiſſorias alijs, quàm ſuis ſubditis Regularibus ſuſpenſionem totalem per annum incurrunt.*

ª Suprà c. 5. cum ſeq. & infrà cap. 11. cum ſeq.

b Suprà ſeſſ. 7. de reform. cap. 10.

ABbatibus ac alijs, quibuſcumque, quantumuis exemptis, non liceat in poſterum, intra fines alicuius diœceſis conſiſtentibus, etiamſi nullius diœceſis, vel exempti eſſe dicantur, α *cuiquam, qui regularis ſubditus ſibi non ſit*, Tonſuram, vel minores Ordines conferre, β *nec ipſi Abbates*, & alij exempti, aut collegia, γ *vel Capitula* quæcumque, etiam Eccleſiarum cathedralium, litteras dimiſſorias aliquibus clericis ſæcularibus, vt ab alijs ordinentur concedant, ª ſed horum omnium ordinatio ſeruatis omnibus quæ in huius ſanctæ Synodi decretis continentur, δ *ad Epiſcopos*, intra quorum diœceſis fines exiſtant, pertineat, non obſtantibus quibuſvis priuilegijs, præſcriptionibus, aut conſuetudinibus, etiam immemorabilibus. Pœnam quoque impoſitam ijs, qui contra huius ſanctæ Synodi ſub Paulo b tertio, decretum à Capitulo Epiſcopali, Sede vacante, litteras dimiſſorias impetrant, ad illos qui eaſdem litteras non à Capitulo, ſed ab alijs quibuſvis, in iuriſdictione Epiſcopi loco Capituli, Sede vacante, ſuccedentibus obtinerent, mandat extendi. ε *Concedentes autem dimiſſorias contra formam* decreti, ζ *ab officio & beneficio per annum* ſint ipſo iure ſuſpenſi.

1. VIde Nouarr. *conſilio* 23. *in antiq.* aliàs *cap.* 7. *in nouis, ſub titul de temporibus ordinat.* Sayr. *in floribus deciſion. ſub eod titul. deciſ.* 25. Rebuff. *reſponſ.* 2. Veg. *tom.* 2. *de curis, capit.* 14. §. 8 *numero* 31. Fr. Emanu. *in ſumma part.* 2, *capit.* 14. *numero* 2. & *quæſt. regul. tom.* 1. *quęſt.* 18 *artic.* 1. Maiol. *de irregular. libro quarto capit.* 8. & *capit.* 5. *numero* 5. Henriq. *in ſumma libro* 10. *capit.* 23. §. 3. Salzed. ad Bernard. *in pract. capit.* 26. *littera* C. Iacob. de Graff. *in aureis deciſion. parte prima libro* 3. *capitul.* 5. *de regular. numero* 142. & 156. Petr. de Ledeſma *in ſumma parte prima de Sacrament.* vbi de ſacramento Ordinis, *capit.* 7. Azor. *inſtitut. moral. parte prima libro* 12. *capit.* 20. *quæſt.* 7. & *parte* 2 *libro* 3. *capit.* 48. *quæſt.* 15. *verſic. caterùm*, Zerol. *in praxi Epiſcop. parte prima verb. Abbas*, Flores de Mena *var. quæſt. libro* 3, *quæſt.* 24. *numero quarto* & 32. Campan. *in diuerſ. iuris canonici, rub.* 12. *capit.* 13. *numero* 41. Thom. Valaſc. *allegat. Iuris tomo* 1. *alleg.* 3. *numero* 6. Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæſt.* 38. *artic.* 9. *concluſ.* 1. & 2. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut.* 295. Homobon, de Bonis *in examine Eccleſiaſt parte prima tract.* 2. *capit.* 1. *quæſt.* 6. 7. & 8. Cened. *ad Decretal. collect.* 105. Alzed. *in praxi Epiſcop. parte* 2. *capit.* 5. *de ordinat. numero* 78. *cum ſeqq.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, parte* 2. *allegat.* 3. *numero* 5. *cum ſeqq.* & *alleg.* 7. *numero* 7. Marchin. *de ſacrament. Ordin. tractat.* 1. *part.* 6. *capit.* 3. *numero* 21. latè Stephan. Daluin. *de poteſt. Epiſcop. & Abbatum capit.* 21. *nu.* 12. *cum ſeqq.* Tambur. *tom.* 3. *de iure Abbatum diſp.* 5. *q.* 11. *num.* 70.

2. α *Cuiquam qui Regularis ſubditus ſibi non ſit.*] Quamuis de Iure communi Abbates Ordinum Monachalium benedicti minores Ordines poſſent conferre ſibi ſubditis non ſolùm Monachis, verùm etiam & laicis, in quos ordinariam eccleſiaſticam habebant iuriſdictionem, vt probat text. *in capitul. Abbates, de priuileg. in* 6. & aduertit Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 38. *articul.* 9. *concluſ.* 1. hodie per hoc decretum non licet Abbatibus, & quibuſcunque alijs, quantumuis exemptis, in poſterum intra fines alicuius diœceſis exiſtentibus, etiam nullius diœceſis, vel exempta eſſe dicantur, cuiquam, qui Regularis ſubditus ſibi non ſit, Tonſuram, vel minores Ordines conferre, vt tenet Ludouic. Miranda *dict. artic.* 9. *concluſ.* 2. quem refero Ego ipſe *d. alleg.* 3. *numero* 11. tangit Portel. *in dubijs regul. verb. Abbas, numero* 2. Nouarr. *in ſingul. canon. concluſion.* 105. Soar. *tom.* 4. *de Religione, tractat.* 8. *libro* 2. *cap.* 29. *numero* 19. Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 2. *diſput.* 1. *quæſt.* 7. *numero* 1. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. capitul.* 7. *numero* 8. Scip. de Rbeis *in aphoriſm. Epiſcop. verb Abbas, numero* 13. Barthol. Gauant. *in man. Epiſcop, eodem verb. à numero* 31. Illuſtriſſ. D. Roder. à Cunha *in comment. ad cap.* 1. *num.* 6. *diſt.* 95.

Nouitios Ordines minores ſuſcipere non poſſe à ſuis ſuperioribus Abbatibus Regularibus huiuſmodi, quia pendente probationis anno non habentur quoad Ordines ſuſcipiendos pro ſubditis horum ſuperiorum Religionis, tenent Henriq. *in ſumma lib.* 10. *cap.* 23. §. 3. *in commento litt.* G. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 3. *quæſt.* 23. *art.* 2. Card. Tuſch. *practic. concluſion. tom.* 1. *litt.* A. *concluſion.* 9. *numero ſeptimo*, Sayr. *de cenſur. libro quarto, capitulo decimotertio, numero quinto*, Ludouic. Miranda *in man. Prælator.* *tom.* 1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tomo 1. quæſtione 38. articul. 9. concluſione 2. in fine*, Nouar. *dict. concluſion. 105. numero 6.* Bartholom. de Vecchis *in praxi ſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitijs, diſputat. 11. quæſtione 8. numero 4.* Nald. *in ſum. verb. nouitius, numerò 8.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, capitulo 26. §. 20. numero 7.* Tamburin. *dict. tomo 2. diſputat. 2. quæſtione 27.* Ego ipſe *d. part. 2. alleg. 3. numero 8.* Hieron. Roder. *in compendio reſolut. 106. numero 2.* Marcel. Vulpe *dict. cap. 7. numero 9.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 741. num. 6.* Marchin. *de ſacramen. Ordinis tractat. 1. part. 2. cap. 10. numero 10. cum ſeqq.*

Contra Soar. *de Relig. tomo 4. tract. 8. libro 2. capitulo 29. numero 12.* per gloſſ. *in dict. capitulo Abbates, verb. conuolauerint, de priuileg. libro 6.* exiſtimantem Abbates huiuſmodi poſſe minores Ordines nouitijs ſuorum monaſteriorum conferre.

4. In omni caſu, quo huiuſmodi Abbates primam clericalem Tonſuram, minoreſque Ordines ſuis ſubditis Regularibus conferre poſſunt, illis licitum eſſe in interſtitijs diſpenſare, reſoluunt Sorb. *in compendio Mendicant. verb. Ordines ſacri, verſic. quando verò Abbates,* Campan. *in diuerſ. iuris canonici, rubric. 12. capitulo 13. numero 42.* Ludouic. Miranda *dict. tomo 1. quæſtione 38. articul. 7. concluſion. 3.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſtionum regular. reſolut. 1. numero 21.* Ego ipſe *dict. part. 2. allegat. 18. numero 3. in fine, & allegat. 3. numero 6. & 7.* Etiam eo caſu, quo Abbates ſuos ſubditos cum dimiſſorijs remittunt, vt ab Epiſcopis ordinentur, vt ex Salzedo firmat Villalob. *tomo 1. ſumma. tract. 11. difficult. 12. numero 4.* & illis citatis Hieron. Roderic. *d. reſol. 1. numero 22.* Nec tunc examinandos eſſe ab Epiſcopis, ſed ab Abbatibus, non obſtante Concilij Trident. diſpoſitione, conſuluit Nauar. *conſil. 13. numero 1. in antiq.* aliàs *conſil. 14. in nouis, de priuileg.*

5. Abbates huiuſmodi Regulares habentes ius Baculum deferendi, & Mitram, etiam poſtquam ſacerdotalem Ordinem, & munus benedictionis ſuſceperint, non poſſe Tonſuram & minores Ordines conferre alijs Regularibus, qui dimiſſorias ſpeciales ſuorum ſuperiorum, & ſpecialem licentiam Epiſcopi loci habuerint, nec etiam alijs ſecularibus ſuorum ſuperiorum dimiſſorias afferentibus, reſoluunt Ludouic. Miranda *d. concluſione 2.* Scip. de Rubeis *dict. verb. Abbas, numero 13.* Hieron. Roderic. *dict. reſolution. 1. numero 23.* Campan. *in diuerſ. iuris canonic. rub. 6. capitulo 2. ante numero 7.* Illuſtriſſ. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad d. capitulo 1. numer. 6.* & ex voto Rotę de mandato Clementis VIII. reſponſum fuiſſe refert Seraphin. *deciſione 985. parte 1.* & cenſuiſſe *S. Congregat. Epiſcoporum & Regular. in Eugubina 3. Nouembris 1593. & in Camplen. 27. Iunij 1631.* atteſtatur Sel. *in ſelect. canon. cap. 19. num. 8.*

Contra Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. Ordo, propè fin. verſic. Abbatibus,* Bonacina *de Sacrament. diſputat. 8. quæſtione vnica, puncto 4. numero 3.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, capitulo 26. §. 19.* Grilenzon. *conſil. 142. numero 52.* Ioan. Baptiſt. Tiber. *in inſtruct. pro ordinandis, capitulo 7. quæſtione 48. in fine,* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. libro 12. capitulo 20. quæſtione 7.* Gauant. *dict. verb. Abbas. numero 34.* Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 2. diſputat. 2. quæſtione 7. ex numero 3.* Lezana *in ſumm. quæſtione Regular. capitulo 14. numero 13. & cap. 18. numero 65.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſ. capitulo 7. numero 8.* Alzedo *de præcellentia Epiſcop. dignitat. part. 2. capitulo 5. numero 78.* Sanch. *in opuſc. moralib. libro 7. capitulo 1. dub. 21. à numero 5.* Marchin. *de ſacrament. Ordinis tract. 1. part. 2. capitulo 10. numero 15. cum ſeq.* Stephan. Daluin *dict. capitulo 21. numero 18.* exiſtimantes, falſoque deciſum referentes Abbates Regulares habentes ius Baculum deferendi, & Mitram poſtquam ſacerdotalem Ordinem, & munus benedictionis ſuſceperint, poſſe Tonſuram, & minores Ordines ſecularibus Epiſcopi iuriſdictioni ſubiectis conferre, ſi modò ipſius Epiſcopi conſenſus accedat, & à dicto Epiſcopo quiſque litteras dimiſſorias impetrauerit.

6. Tria requiri in Abbate vt promoueat ad Ordines minores, nempe quòd ſit Presbyter, quod benedictionem acceperit per manus impoſitionem ab Epiſcopo, aut benedici ſolitus, ſi eum Epiſcopus benedicere negligat, tandem quòd proprio Monacho conferat, tradunt Campan. *dict. capitulo 2. numero 9.* Illuſtriſſ. D. Roderic. à Cunha *citato loco.*

Abbatem poſſe de iure conferre Ordines minores 7.
ſuis ſubditis, licèt non ſit benedictus, per *capitul. quoniam 69. diſt. & capitul. cùm contingat, de ætate, & qual.* tenet Sel. *dict. capitulo 19. numero 9.* atteſtans ita fuiſſe deciſum *ſub die 19. Februarij 1619.*

Abbates alicuius Abbatiæ exemptæ non poſſe Ordi- 8.
nes in ea conferre, licèt ſit Epiſcopus, ſecus ſi Abbatia eſt nullius, quia habet populum, tenet Sel. *dict. capitulo 19. num. 21.* referens ſic fuiſſe reſolutum *8. Auguſti 1621.*

Ordines conferre ſubditis ſecularibus Abbatum, & 9.
aliorum inferiorum nullius diœceſis licere Epiſcopis viciniorib us ſine conſenſu, ſeu litteris teſtimonialibus eorundem Abbatum, & aliorum inferiorum, tradit Sel. *d. capitulo 19. numero 29.* vbi teſtatur ſic fuiſſe deciſum *ſub die 22. Februarij 1631.*

*β Nec ipſi Abbates, &c.*] Dimiſſorias litteras ad Ordi- 10.
nes ſuſcipiendos concedere non poſſe Abbatem clericis ſecularibus ſibi ſubditis, tenent Ludouic. Miranda *dict. quæſtione 39. articul. 3.* Fr. Emman. *in ſumma tomo 2. capitulo 14. numero 9. & 11.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. libro 3. capitulo 49. quæſtione 3.* Sel. *dict. capitulo 19. numero 32.* vbi ampliat, etiamſi probetur Abbatiam eſſe in ſtatu nullius diœceſis, & teſtatur ita fuiſſe deciſum *in Theatina 10. Septembris 1621.*

Dimiſſorias litteras concedere poſſunt Superiores 11.
Regulares ſuis ſubditis item Regularibus, qui præditi qualitatibus requiſitis Ordines ſuſcipere voluerint, ad Epiſcopum tamen diœceſanum, nempe illius monaſterij, in cuius familia ab ijs, ad quos pertinet, is Regularis poſitus fuerit. Etſi diœceſanus abfuerit, vel non eſſet habiturus ordinationes, ad quemcunque alium Epiſcopum, dum tamen ab eo Epiſcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipſi Regulares non deſtulerint de induſtria conceſſionem dimiſſoriarum in id tempus quo Epiſcopus diœceſanus vel abfuturus, vel nullas ordinationes habiturus eſſet. Verùm cùm à ſuperioribus Regularibus, Epiſcopo diœceſano abſente, vel ordinationes non habente, litteræ dimiſſoriæ dabuntur, in eis vtique huiuſmodi cauſa abſentiæ diœceſani Epiſcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum, exprimenda eſt; quod qui non fecerint, officij, & dignitatis, ſeu adminiſtrationis, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ priuationem, ac alias pœnas incurrunt, S. Congreg. Epiſcop. & Regul. *ſub die 15. Martij 1596.* teſtibus Campan. *in diuerſ. iuris canonic. rub. 12. capitulo 13. numero 37.* Molfeſ. *in ſumma Theolog. moralis, tractat. ſecundo capitulo ſecundo numero 23.* & alijs per me citatis *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 7. num. 18.*

Superiores Regulares, qui habuerint ſpeciale priui- 12.
legium concedendi ſuis Monachis litteras dimiſſorias ad quemcunque Epiſcopum, licèt in illo non exprimatur quòd illud valeat nouitijs communicare, poſſe tamen etiam nouitijs illas, vt à quocunque Epiſcopo ordinentur, ſicut cæteris Monachis profeſſis concedere, tenent Sanch. *in præcepta Decalogi tomo 2. libro 6. capitulo 10. in fin.* Ioan. Baptiſta Tiber. *in inſtruct. pro ordinand. capitulo 7. quæſtione 50.* Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad religionis ſtatum nouitijs, diſputat. 11. quæſtione 8. numero 3. verſic. ſi verò,* Tamburin. *de iure Abbatum, tomo 2. diſputat. 2. quæſtione 27. num. 2.*

*γ Vel Capitula, &c.*] Capitula Canonicorum non li- 13.
cere dimiſſorias concedere ex hoc decreto, etiamſi territorium habeat diſtinctum & exemptum ob immemorabilem poſſeſſionem, & ſint iudices ordinarij, tradit Sel. *dict. capitulo 19. num. 33.* atteſtans ſic olim fuiſſe reſolutum *in Sulmonen. 5. Iulij 1575.*

Sed non intrare diſpoſitionem huius decreti contra 14.
Capitulum ordinarium priuatiuè ad Epiſcopum, iuſque habens viſitandi, & congregandi Synodum, tenent Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 112.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 9. capitul. 8. numer. 4.* Grilenzon. *conſil. 142. num. 28.*

*num.28.& 30.* Ciarlin. *quæſt. forenſ. lib.1. cap.46. num.19.* Ego ipſe *d.p.2. alleg.7. num.8.*

15. δ *Ad Epiſcopos,* &c.] Illum quoque dici proprium Epiſcopum ad dimiſſorias concedendas, in cuius diœceſi ordinandus beneficium habet, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ, lib.1. tit.18. l.7. de Epiſcopis, num.61. verſic. proprius.*

16. Epiſcopum abſentem à ſua diœceſi poſſe dare litteras dimiſſorias, ſi abſentes diœceſani illas petierint, vt ordinari poſſint ab alio, & propter abſentiam valde eis incommodam venire ad ſubijciendum ſe examini Ordinarij, poſſe ipſum ordinarium Epiſcopum examen illorum demandare Epiſcopo loci, in quo degunt, refert deciſum Armendar. *d.l.7. de Epiſcopis, num.59. & num.42. verſic. item,* addit idem ſeruandum eſſe in caſu, quo Epiſcopus fuerit præſens, & noluerit habere Ordines, ita tamen ſi ſuſceptio Ordinum data opera non fuerit dilata in id tempus, quo Epiſcopus diœceſanus nullas eſſet habiturus ordinationes.

17. Vicarium generalem Epiſcopi huiuſmodi litteras dimiſſorias concedere non poſſe cùm ad id vicariatus officium non extendatur, niſi Epiſcopo in remotis agente, probat *cap. cùm nullus, de tempor. ordinat. lib.6.* & tenent Sbroz. *de offic. vicarij, lib.2. quæſt.41.* Gutier. *canon. lib.2. cap.17. num.20.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.2. verb. vicarius, §.4.* Petr. Gregor. *ſyntag. iuris, lib.16. cap.9. num.3.* Azor. *inſtitut. moral. part.2. lib.3. cap.45. quæſt.7.* Fr. Emman. *tom.4. ſumm. cap.61.* alias 62. *numer.4.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.1. cap.1. num.13. verſ. concedit.* Alzed. *in ſimili praxi part.2. cap.3. de ordination. num.97.* Thom. Valaſc. *tom.1. allegat.5. à num.7.* Sanch. *in opuſc. moral. tom.2. lib.7. cap.1. dub.20. num.40.* Stephan. Grauan. *Marchiæ deciſion. 98. à num.14.* Narbona *de appellat. à vicario ad Epiſcopum, part 1. num.197.* Venero *in examine Epiſcop. lib.1. cap.16. num.12.* Campan. *d. rubr.9. cap.8. num.3.* Molleſ. *in ſumma Theologiæ moralis, tract.2. cap.2. num.22.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. part.1. tract.2. cap.1. quæſt.6. in fine,* Ego ipſe *d.p.2. allegat.7. num.9.* Et de vicario Capituli Sede vacante dictum eſt *in collect. ad cap.10. ſeſſ.7. de reformat.*

ε *Concedentes autem dimiſſorias contra formam,* &c.] In quas pœnas incidat Epiſcopus ſine dimiſſorijs alienos Clericos ordinans, & ordinatus, tradunt Homobon. de Bonis *d. tract.2. cap.1. quæſt.9.* Bonacina *de ſuſpenſionib. in particulari diſp.3. quæſt.1. puncto 11.* 18.

Vicarium Capituli Sede vacante litteras dimiſſorias ad Ordinem concedentem, quibus tamen vſus non eſt ille, cui conceſſæ fuerunt, incidere in pœnas huius decreti, quia actus fuit perfectus quoad illum per quem non ſtetit, refert deciſum Garc. *in addit. ad ſuum tract. de benefic. p.5. cap.7. num.92.* 19.

ζ *Ab officio, & beneficio per annum,* &c] Abbates, & alios quoſcunque quantumuis exemptos, qui faciunt litteras dimiſſorias, alijs, quàm ſuis ſubditis Regularibus, ſuſpenſionem totalem per annum incurrere, aſſerunt Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.1. cap.49. num.5.* Sayr. *de cenſur. lib.4. cap.13. num.5.* Nouar. *in ſingul. canon. concl.105. num.7.* 20.

---

*Minoribus ordinandi ſeruent interſtitia, exerceant Ordinis ſuſcepti officium, reuereantur ſuperiores in Ordine, frequenter Communionem ſumant, ſintque tales, quos ſcientiæ ſpes maioribus Ordinibus dignos oſtendat, annus ſit medius à poſtremo minorum ad primum maiorum Ordinum.*

## CAPVT XI.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Ordines minores ijs ſaltem, qui linguam Latinam intelligant, conferantur.*
3 *Epiſcopus ita demum interſtitia minorum Ordinum poteſt remittere, ſi ei magis expedire viſum fuerit.*
4 *Temporis interuallum quod debeat interuenire inter vnum, & alterum Ordinem minorem.*
5 *Cauſa quæcunque ſufficit ad diſpenſandum in interſtitijs Ordinum minorum.*
6 *Ordines minores & prima Tonſura vni vna die conferri non aliter licet quàm ſi ita in loco fuerit conſuetum.*
7 *Interſtitia abbreuiandi facultas remittitur arbitrio Epiſcopi.*
8 *Ordines minores cum Subdiaconatu poterit Epiſcopus ſimul conferre, vbi vigeret de hoc conſuetudo ante Concil. Trid. legitimè obtenta.*
9 *Parochus poteſt infra annum ad Sacerdotium promoueri, etiamſi non habeat aliquem Ordinem ſacrum.*
10 *Neceſſitas, vel vtilitas ſufficit ad diſpenſandum in interſtitijs.*
11 *Abbas in ijs caſibus in quibus Tonſuram, & minores Ordines conferre valet, diſpenſare poteſt in interſtitijs.*

a Cap. in ſinguuis.77. diſ. & infr. c.13.
b Infra c.17. & cap.1. 25. diſt.
c 1 Bracear. c.18. Vide 1. Micæ. cap.2. Sardi. c.13. & Gaium Iapam.

MInores Ordines ijs, α *qui ſaltem* [1] *Latinam linguam intelligant,* β *per temporum interſtitia, niſi aliud Epiſcopo* expedire magis videretur, conferantur: vt eo accuratiùs, quantum ſit huius diſciplinæ pondus, poſſint edoceri, [b] ac in vnoquoque munere, iuxta præſcriptum Epiſcopi ſe exerceant: idque in ea, cui aſcripti erunt, [c] Eccleſia, γ *niſi fortè ex cauſa ſtudiorum abſint:* atque ita de gradu in gradum aſcendant, vt in eis cum ætate vitæ meritum, & doctrina maior accreſcat. Quod & bonorum morum exemplum, & aſſiduum in Eccleſia miniſterium, atque maior erga Presbyteros, & ſuperiores Ordines reuerentia, & crebrior, quàm antea, corporis Chriſti Communio maximè comprobabunt. Cùmque hinc ad altiores gradus, & ſacratiſſima myſteria ſit ingreſſus, nemo ijs initietur, quem non ſcientiæ ſpes maioribus Ordinibus dignum oſtendat. δ *Hi verò non niſi poſt annum* à ſuſceptione poſtremi gradus minorum Ordinum ad ſacros Ordines promoueantur: ε *niſi neceſſitas, aut Eccleſiæ vtilitas,* ζ *iudicio Epiſcopi,* aliud expoſcat.

1. VIde Conc. Bracharen. IV. *act.2. cap.1.* Viuald. *in candel. aureo,* vbi *de ſacrament. Ordinis, verſ. ſexta* Fr. Emman. *q. regul. tom.3. q.24. art.3.* Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. p.1. cap.14. num.21. & 22.* Thom. Valaſc. *alleg. iuris tom.1. alleg.4. à princip.* Valenz. *conſ.107. num.1. tom.1.* Hurtado *de Sacram. to.2. tract. de Ordine diſſ.23.* Fr. Ludou.

Miran-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miranda *in man. Prælat. tom.1. q. 38. art.5. concl.2.* Bonacin. *de Sacram. diſp.8. q. vnica puncto 4. num.32. cum ſeqq.* metipſum *de officio,& poteſt. Epiſcopi p.2. alleg.11. num.13. cum ſeqq.* Marchin. *de Ordin. tract.1. p.7. cap.3.*

2. *α Qui ſaltem Latinam linguam intelligant*, &c.] Vide Homobon. de Bonis *de humana vita ſtatib. p.1. cap.20. verſ. ſecundo.* Marchin. *de ſacram. Ordin. tract.1. p.7. cap.1. num.6.* Thom. Valaſc. *alleg.9. num.5.* Hurtado *de Sacram. tom.2. tract. de Ordine diffi.22. verſ. pro quatuor.* Poſſe tamen Epiſcopum arbitrari magis expedire Eccleſiæ, ſi Ordines minores conferat ei, qui etſi adhuc Latinam linguam non intelligat, eſt tamen bonæ indolis, & pro ætate docilis, tenet Menoch. *de arbitr. caſu 425. num.58.* quem refero *d. p.2. alleg.11. num.6.*

3. *β Per temporum interſtitia, niſi aliud Epiſcopo*, &c.] Vide Maiol. *de irregul. lib.3. c.24. num.13.* Ludou. Miranda *d. tom.1. quæſt.38. art.5. concl.2. & art.8. concl.1.* Bonacin. *d. puncto 5. num.32.* Mari. Antonin. *var. reſolution. lib.1. reſol. fin. caſu 26.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.26. §.27. num.4.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. p.1. tract.2. cap.2. q.14.* metipſum *d. alleg.11. num.14.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. cap.7. num.7. verſ. quatenus.*

4. Quod autem interuallum inter vnum, & alterum ex minoribus Ordinibus interuenire debeat, ſolet ab aliquibus in dubium reuocari, quidam, ex quorum numero ſunt Maiol. *d. cap.24. §.13.* & Vgolin. *d. cap.27. numer.4.* putant illud ſufficere de vno ex temporibus generalium ordinationum ad aliud. Alij verò exiſtimant ſufficere illud quod daretur de vno die feſto ad alium proximum, vt ſunt Sorb. *in compend. Mendicant. verſic. Ordo, verſic. & ſic bene,* Campan. *in diuerſor. iuris canonici rubr.6. cap.3. numero 13.*

5. Et quamuis ad diſpenſandum in interſtitijs Ordinum minorum quęcunque cauſa ſufficiat, cùm id iudicio Epiſcopi remittat Concilium in præſenti, Hieron. Roderic. *in compend. quæſt. regul. reſol.106. num.21.* laudabilius tamen erit ab hac diſpenſatione abſtinere, niſi immineret neceſſitas, vel alia vrgens cauſa ei bene viſa, vt tenet Ludou. Miranda *in man. Prelat. tom.1. q.38. art.2. concl.2.* Mar. Antonin. *d. caſu 26.*

6. Vnde minores Ordines, & primam Tonſuram vni vna die conferre non aliter licere, quàm ſi ita in loco fuerit conſuetum, reſoluunt Silueſt. *verb. Ordo 2. num.7. verſ. tertium,* Rebuff. *ſuper reg.23. Cancel. verſ. item cupiens,* Henriq. *in ſum. lib.10. cap.11. §.4.* Campan. *d. rub.6. cap.2. num.60.* & deciſum refert Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarrę lib.1. tit.18. l.7. num.57. in fine.*

*γ Niſi fortè ex cauſa ſtudiorum abſint.*] Vide Horat. Lutium *de priuileg. ſcholaſt. priuil.99.* Marchin. *de Ordine tract.1. p.7. cap.3. num.4.*

7. *δ Hi verò nonniſi poſt annum*, &c.] Hoc decreto arbitrio Epiſcopi remitti facultatem abbreuiandi interſtitia, non autem promouendi, vel diſpenſandi vt quis promoueatur vna die ad vltimum minorum cum primo ſacrorum, tenent Maiol. *d. lib.4. cap.11. poſt num.1. & lib.3. cap.24. poſt num.13.* Menoch. *de arbitr. caſu 564. num.6.* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.25. verſ. vna, eadémque die, in nouiſſ. impreſſ.*

Poſſe Epiſcopum vbi vigeret conſuetudo ante Concil. Trident. obtenta vt ſimul minores Ordines cum Subdiaconatu dari poſſint, eos licitè his quoque temporibus ſimul conferre, reſoluunt Nau. *in man. c.25. nu.71. verſ. octauo,* Rebuff. *in praxi beneſic. tit. de clericis malè promot. gloſſ.1. num.18.* Sorb. *in compendio priuileg. Mendicant. verb. Ordines ſacri, verſ. & licet,* Viuald. *in candelabro aureo, tit. de ſacrament. Ordinis num.36.* Henriq. *in ſum. lib.10. c.11. §.4.* Soar. *tom.5. de cenſur. diſp.31. ſect.1. nu.41.* Gutier. *canon. lib.1. c.26. num.31. & 32.* Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.3. q.23. art.4.* Fr. Ludou. Miranda *d. q.39. art.8. concl.2.* Thom. Valaſc. *alleg. iuris tom.1. alleg.4. nu.2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.32. tract.2. n.70. verſ. ad hanc.* Bonacin. *d. punct.5. num.36.* Homobon. de Bonis *d. c.20. verſic. ſecundo.* Villalob. *d. tract.11. diffic.12. à nu.3.* Hieron. Roder. *in compendio q. regul. reſol.106. nu.21.* Alzed. *d. c.5. de ordination. nu.24.* Sanch. *in opuſ. moral. lib.7. cap.1. dub.53. à nu.7.* 8.

Contra Maiol. *d. lib.4. cap.11. num.1.* Menoch. *d. caſu 564. numer.8.* Salzed. *d. verſic. vna, eadémque die,* Venero *in examine Epiſcop. lib.1. cap.18. num.13.* exiſtimantes per Concilium in præſenti ſublatam eſſe omnem contrariam conſuetudinem.

Licèt ex decreto Concilij in pręſenti poſt minores Ordines expectandus eſſet annus antequam quis ad ſacros Ordines promoueretur, poſſe tamen quem Parochialem acquirere, & infra annum ad ſacerdotium promoueri, etiamſi non habeat aliquem Ordinem ſacrum, refert deciſum Garc. *de beneſic. p.7. cap.4. num.47.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.6. cap.5. q.9. ad fin.* me citato *in hoc loco,* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap.10. num.184.* 9.

*ε Niſi neceſſitas, aut vtilitas Eccleſię*, &c.] Ergo ſufficit neceſſitas, vel vtilitas, quia Concilium in hoc caſu vtitur forma loquendi diſiunctiua. Ita Bonacin. *de ſuſpenſion. in particulari diſp.3. q.1. puncto 4. num.4. verſic. ego reſpondeo.* 10.

*ζ Iudicio Epiſcopi*, &c.] Iudicio Epiſcopi committit quod neceſſitate, aut vtilitate Eccleſiæ poſtulante interſtitia temporum ſuppleantur, Maiol. *de irregul. lib.4. c.11. num.2.* Nau. *conſil.6. num.2. & conſil.12. de tempor. ordinat.* Fr. Emman. *in ſum. tom.2. cap.16. nu.6.* Valenzuel. *conſ.107. num.7. tom.2.* Vel Abbatis in ijs caſibus, in quibus Tonſuram & minores Ordines conferre poteſt, vt per Mirand. *d. q.38. art.7.* Campan. *rub.12. c.13. num.43.* Bonacin. *d. puncto 4. nu.6.* & metipſum *d. p.2. alleg.18. num.3. & 11.* ſeu Capituli Sede vacante, vt per Marcel. Vulpe *in praxi iudic. eccleſ. cap.44. num.27.* vbi refert ita cenſuiſſe ſacram Congregat. Concilij, quem refero *in tract. de Canonicis c. vlt. ſub num.102. verſic. trigeſimo quarto.* 11.

---

*Ætas hic expreſſa ad Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum, ſeruanda etiam per Regulares examinandos ab Epiſcopo.*

## CAPVT XII.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Annus 22. incœptus ſufficit ad Subdiaconatum.*
3 *Dies biſſexti in legitima ætate non eſt computandus.*
4 *Ætas non à die conceptionis, ſed à die natiuitatis computanda.*
5 *Suſpenſi ſunt à ſacrorum Ordinum exequutione aliquē illorum ſuſcipientes ante legitimam ætatē.*
6 *Sacerdos ante legitimam ætatem factus irregularitatem non incurrit faciendo actus illi Ordini deputatos niſi celebret.*
7 *Irregularitatem non contrahit ille qui non expleto 24. anno presbyterij Ordinem ſuſcipit.*
8 *Suſpenſionem in Bulla Pij V. comminatam contra recipientes ſacros Ordines ante legitimam ætatem incurrunt ſolum vbi id fecerint cum lethali culpa.*
9 *Ordines ſacros ſuſcipiens ante legitimam ætatem ex bona fide parentum, ſuſpenſionem non incurrit.*
10 *Clericus promotus mala fide ad Ordinem ſacrum ante ætatem an poſſit beneficijs priuari.*
*Regulares virtute ſuorum antiquorum priuilegiorū non poſſunt ordinari ante legitimā ętatem. ibid.*

11 *Ordinatus temere ante legitimam ætatem à ſuſpenſione prius abſolui debet, quàm Ordinum exercitio ſe immiſceat.*

12 *Suſpenſio incurſa ob Ordines ſacros ſuſceptos ante ætatem, poteſt tolli ab Epiſcopo poſt ſufficientem emendationem & punitionem.*

13 *Abſolutus per Epiſcopum à ſuſpenſione contracta ob ſuſceptionem Ordinum ante legitimam ætatem, non poteſt ante illam in præfatis Ordinibus miniſtrare.*

a 2.Tolet. c. 1. & 3. Cart. c.4. & Agat. c.16. annum 25. requirebant.
b Annum 30. requirit Fabianus d.72. Si quis, & Bonifac. .Concil.4 Tolet c. 18 c.generalem de ætat. & qualit. in clem.

NVllus in poſterum ad Subdiaconatus Ordinem *a ante vigeſimum ſecundum*, ad Diaconatus ante [a] vigeſimum tertium, ad Presbyteratus [b] ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum promoueatur. Sciant tamen Epiſcopi, non ſingulos, in ea ætate conſtitutos, debere ad hos Ordines aſſumi, ſed dignos duntaxat & quorum probata vita ſenectus ſit. *ß Regulares quoque nec in minori ætate*, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur: priuilegijs quibuſcumque, quo ad hoc, penitus excluſis.

VIde Nau. *in man. c.25. num.69. cum ſeqq. & num.103.* Henriq. *in ſum. lib. 10. c.19. §.2. & lib. 13. cap. 38. §.2.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 26. num.* 8. Fr. Emman. *quæſt. regul.*
1. *tom.3. q.23. art.6.* Petr. de Ledeſma *in ſum. p.1. de ſacram.* vbi de ſacramento Ordinis, *cap.7. à princ.* Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. p.1. cap.4. num.21.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verb. Ordo §.1.* Piaſec. *in ſimili praxi p.1. c.1. ſub rubr. de requiſitis ætatis num.23. pag.34.* Monet. *de diſtribut. quotid. p. 2. q.19. num.12.* Nicol. Garc. *de benefic. p.7. cap.4. num.21.* Galganet. *de iure publico lib.3. tit.24.25. & 26.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.1. tit.2. l.1. de ætate in declar. num.4.* Bonacin. *de Sacrament. diſp.8. q. vnica puncto 5. num.12.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. tract. 3. num.166.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. tom.2. diſp. 20. num.102.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.26. §.6. num.4. & 5.* Fr. Lodou. Miranda *in man. Prælator. tom 1. q.39. art. 2.* Carol. de Graſſis *de effectib. clerical. in prælud. num.289. 291. & 295.* Campan. *in diuerſorio iuris Canon. rub.7. c.3.* Zypæ. *in analytica poſtremi iuris eccleſiaſt. enarrat. ſub tit. de elect. num.11.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. p.1. tract.1. cap.10. q.60. verſ. ad maiores*, Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſol.106. num.8. cum ſeqq.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.2. alleg.16.* Sebaſt. Cæſar. *in relect. de eccleſ. hierarchia p.2. diſp.10. §. vlt. num.7.* Bonacin. *de ſuſpenſion. in particulari diſp.3. q.1. puncto 1.* Philibert. Marchin. *de ſacram. Ordinis tract.1. p.5. cap.2. per tot.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. cap.7. nu.3. & cap.8. num.4.* Sanch. *in opuſc. moralib. lib.7. cap.1. dub.33.* Hurtado *de Sacram. tom.2. tract. de Ordine diffic.21. verſ. ſed quamuis.* Tamburin. *de iure Abbatum tom.3. diſp.5. q.11. num.71.*

2. *a Ante vigeſimum ſecundum, &c.*] Sufficere inceptum aſſerunt Henriq. Gutier. Franc. Leo, Valer. Reginald. & Ludou. Miranda *locis citatis*, Villalob. *d. tract.11. diffic. 11. num.2.* Hieron. Roder. *d. reſol.106. num.9.*

3. Diem biſſexti in ea legitima ætate computandum non eſſe, tenent Henriq. *d. §.2.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. poſt reſol.276. in notab. de materia ſacramenti Ordinis, verſ. quoad interſtitia in 2. edit.* Ego ipſe *d. alleg.16. num.2.* Contra Fornar. *de Ordine cap.3. num.5.* Bonacin. *dicto puncto 5. num.15. & de ſuſpenſion. in particulari d. puncto 1. num.5.* Molleſ. *d. tract.2. cap.12. num.8.* Marchin. *d. p. 5. cap.4. num.13.* Quare ſi in ætate ad Ordines vnus dies, aut vna hora deſideretur, vitiatur factum, quia hic non habet locum regula illa, *Quod parum diſtat, nihil diſtare videtur*, ſicut nec in alijs, in quibus ius tempus præfinitum exigit, Henriq. *d. §.2. in gloſſ. lit. O.* Pont. *de Matrim. lib.7. cap.65. num.1.* nouiſſimè Antonin. Diana *moral. reſol. p.5. tract.5. reſol.17.*

4. Ætatem non à die conceptionis, ſed à die natiuitatis computandam eſſe, tradunt Cou. *de ſponſalib. p.2. cap.8. §.2. num.3.* Mandoſ. *de minori ætate cap 1. num.25.* Sanch. *in præcepta Decalog. tom.1. lib.4. cap.35. num.4.* Bonacin. *d. puncto 1. num.6.* Sel. *in ſelectis canon. cap.14. num.8.* vbi refert fuiſſe deciſum *ſub die 4. Decembris* 1627. ætatem incipere à die natiuitatis, non à die Baptiſmi.

5. Recipientes aliquem ex ſacris Ordinibus ante legitimam ætatem, à ſuorum Ordinum executione ipſo iure ſuſpenſos eſſe, & ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante in eiſdem Ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo ipſo irregularitatem incurrere, ſtatuit Pius II. *in ſua conſtit.* incip. *Cùm ex ſacrorum, ſub dat. 15. Kal. Decembris* 1401. & tradunt Cou. *in Clem. ſi furioſus p.1. §.1. num.4.* Nauar. *in man. cap.25. num.70.* Soar. *de cenſur. tom.5. diſp.31. ſect.1. à num. 33.* Mari. Alter. *in ſimili tract. tom.2. diſp.10. cap.1. col.4. & 5.* Bonacin. *de ſuſpenſ. omnibus in particulari diſp.3. quæſt.1. puncto 1. à num.1.* Ludou. Miranda *d. quæſt.39. art.6. & 9.* Portel. *in dubijs regularib. verb. Ordines ſacri num.13.* Villalob. *d. tract. 11. diffic. 11. num.6.* Auila *de cenſur. p.3. diſp.5. dub.7. per tot.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſ. cap. 8. num.2. & 3.* Lezana *in ſum. quæſt. Regul. cap.14. num.2.* Rota *deciſ.481. num.5.* apud Farin. *p.2. recentior* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. Regular. reſolut.106. num.12.* vbi in hoc caſu ait contrahi irregularitatem cùm Sacerdos celebrat, Diaconus cantat Euangelium, & Subdiaconus Epiſtolam ſolemniter.

Vnde ad incurrendam huiuſmodi irregularitatem 6.
non ſufficere ſacerdotali Ordine ante legitimam ætatem initiatum actus illi Ordini conuenientes, & deputatos exercere, ſi non celebret, reſoluunt Nau. *conſ.9. de cleric. excomm. miniſtr. in antiq.* alias *conſ.7. de ætate, & qual. in nouis.* Fr. Emman. *in ſum. tom.1. cap.166. concluſ.1. & q. regul. tom.3. quæſt.23. art.12.* Aloyſ. Ricc. *in deciſion. curiæ Archiepiſcop. Neapolit. deciſ.130. num.2. p.4.* Bellet. *diſquiſ. clerical. p.1. tit. de diſcipl. clericali §.5. num.58.*

Hinc etiam prouenit irregularitatem non contrahere 7.
illos, qui non expleto vigeſimo quarto anno presbyterij Ordinem ſuſcipiunt, ex illa ratione, quia Eccleſia non eam reputat Miſſam, quam tunc vnà cum Epiſcopo ordinante celebrarunt, Ita Medin. *in ſum. lib.1. cap.11. §.8.* Quarant. *in ſum. Bullarij, verb. Ordo, verſ. ampliatio illa*, Fr. Emman. *d. tom.1. ſum. cap.68. concl.2.* Henriq. *lib.14. cap.3. §.6. in fine*, Soar. *de cenſur. diſput.31. ſect.1. num.71.* Sayr. *eod. tract. lib.4. cap.16. num.23. & lib.6. cap.12. num. 11.* Auila *in ſimili tract. p.3. diſput.5. dub.7. verſ. dico ſecundò*, Portel. *d. verb. Ordines ſacri, num.7.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Ordo* 4. Vgolin. *d. cap.26. §.6. num.5. verſ. ſecundò excipitur*, Bellet. *d. §.5. num.57.* Mar. Alter. *de cenſur. tom.2. diſp.9. cap.4. col.12. & ſeq.* Nald. *in ſumm. verb. Sacerdos*, Hurtado *in tract. de ſuſpenſ. diffic.13. num.261.* Marchin. *d. tract.1. part.5. cap.3. numer.16.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſ. cap.8. numer.31.* Lauret. de Franchis *in controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. pag.82. in reſp. ad 22.* Antonin. Diana *moral. reſolut. part.5. tract.10. reſol.37.*

Contra Couarr. *in cap. alma mater, p.2. §.3. num.5. verſ. 9.* Hieron. à Sorbo *in compendio priuileg. mendicant. verb. Ordines ſacri, verſ. ſed hic aduertendo*, Nauarr. *conſil.4. in antiq.* aliàs *conſ.8. in nou. de cleric. excommun. min.* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.26. verſ.5.* Bonacin. *de Sacram. diſp. 8. quæſt. vnic. puncto 5. num.13. & de ſuſpenſionibus omnibus in particulari, diſp.3. quæſt.1. puncto 1. num.9.* exiſtimantes irregularitatem contrahi eo ipſo quod quis ante legitimam ætatem Presbyter ordinatur.

Suſpenſionem in d. Bulla Pij II. comminatam con- 8.
tra recipientes ſacros Ordines ante legitimam ætatem incurri ſolùm vbi id fecerint cum lethali culpa, reſoluit Bonacin. *dict. puncto 1. num.3.* & ideo credentem probabiliter ſe habere legitimam ætatem, ſi ignoranter ante illam Ordines ſuſciperet, non incidere in dictam ſuſpenſionem, & conſequenter nec irregularem fieri, tenent Nauarr. *in man. cap.27. numer 156. & in cap. accepta, oppoſit.8. num.34. de reſtit. ſpoliat. & conſ.9. nu.3. de*

tem-

*tempor. ordin. & conſ. 3. ſub num. 1. de ætate, & qual.* Henriq. *in ſumma lib. 13. cap. 38. §. 1. in fine.* Salzed. *d. cap. 26. verſ. primò quòd diſpoſitio,* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 30. prope fin.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 70.* Fr. Ludouic. Miranda *d. q. 39. art. 6. in fine.* Ego ipſe *d. allegat. 16. num. 17.* Bonacin. *d. puncto 1. num. 3.* Portel. *in addit. ad dubia regul verb. Ordines ſacri, num. 2.* Hieron. Roderic. *d. reſol. 106. num. 27.* Villalob. *in ſum. tom. 1. tract. 11. diffic. 11. num. 6.* Hurtado *in tract. de ſuſpenſ. diffic. 13. nu. 36.* Prępoſ. *in 3. p. quæſt. vnic. de ſacram. Ordinis dub. 17. num. 167.* Antonin. Diana *d. p. 5. tract. 10. reſol. 32.*

9. Sic etiam illum qui bona fide ſuorum parentum ante legitimam ætatem Ordines ſacros ſuſcepit, non affici pęna ſuſpenſionis reſoluunt Quarant. *d. verb. Ordo, verſ. quibus ſic ſpecialiter.* Bonacin. *de Sacram diſp. 8. quæſt. vnica, puncto 3. num. 13. verſ. verùm,* Vgolin. *d. cap. 26. §. 6. num. 5. verſ. excipitur tamen primò,* Bellet. *d. tit. de diſciplina clericali, §. 5. num. 60.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. lib. 4. cap. 27. num. 22.* Filliuc. *tom. 1. tract. 17. cap. 5. num. 84.* Laurent. de Franchis *in controuerſ. inter Epiſcop. & Regul. pag. 82. in reſp. ad 23.* Ego ipſe *d. alleg. 16. num. 20.* Ac proinde huiuſmodi ante legitimam ętatem ad ſacros Ordines promotum ſi celebrauerit credens id ſibi licere, irregularitatem non incurrere tenent Couarr. *in d. Clement. ſi furioſus, p. 1. §. 2. num. 4.* Bellet. *d. §. 5. num. 59.* Ludouic. Miranda *d. quæſt. 39. art. 10. in fine,* Hieron. Roder. *d. loco num. 14.*

10. An clericus promotus mala fide ad Ordinem ſacrum ante ætatem poſſit beneficijs priuari, vide Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol. 105.*

β *Regulares quoque nec in minori ætate,* &c.] Regulares virtute ſuorum antiquorum priuilegiorum non poſſe ordinari ante legitimam ætatem pręſcriptam in hoc decreto, aſſerunt Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. q. 23. art. 6. & 8. & in addit. ad ſumm. tom. 4. cap. 77. concl. 1.* Sayr. *de cenſur. lib. 6. cap. 12. num. 14. & 15.* nouiſſimè Tambur. *tom. 3. de iure Abbatum diſp. 5. q. 11. nu. 73.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap. 20. § 1. nu. 1.* Ludou. Miranda *d. q. 39. art. 1.* vbi ſubdit ſe neſcire de aliqua conceſſione, quæ id concedat Regularibus poſt Trid. Conc. Portel. *in dubijs regul. verb. Ordines ſacri, num. 1.* Marchin. *d. tract. 1. p. 5. cap. 3. num. 6.* Hurtado *de Sacram. tom. 2. tract. de Ordine diffic. 21. verſ. & id voluit.*

Ante legitimam ætatem temere ordinatum à ſuſpenſione abſolui prius neceſſe eſſe, quàm Ordinum exercitio ſe immiſceat, nec ſufficere attingere, ſeu peruenire ad ætatem requiſitam, vt ſine præfata ſuſpenſione ſolemniter adminiſtret, reſoluunt Hieronym. Roderic. *d. reſolut.* 106. *num. 14.* Bonacin. *de ſuſpenſionibus in particulari, diſp. 3. quæſt. 1. puncto 1. num. 12.* 11.

Suſpēſionem autem huiuſmodi tolli poſſe ab Epiſcopo poſt ſufficientē emendationem, & punitionē, quia in d. Bulla Pij II. non reperitur reſeruata, tradunt Soar. *to. 5. de cenſ. diſp. 31. ſect. 1. nu. 32.* Hieron. Roder. *d. reſol. 106. nu. 26. in med.* Bonacin. *d. punct. 1. nu. 11.* Idem poſſe Prælatos Regulares reſpectu ſuorum ſubditorum, reſoluunt Henriq. *in ſum. lib. 14. c. 20. §. 3.* Lud. Beia *reſp. caſuum conſcient. par. 4. caſu 37. verſ. aduertendum,* Portel. *verb. Ordines ſacri, num. 14.* Hieronym. Roder. *d. reſol. 106. num. 26.* 12.

Illum, qui ab Epiſcopo, vel ab alio abſolutus fuit à ſuſpenſione contracta ob ſuſceptionem Ordinū ante legitimā ætatem, non poſſe ante illam in pręfatis Ordinibus miniſtrare, non defectu ſuſpenſionis, quam præſuppono ablatā fuiſſe, ſed ob irregularitatem ex defectu ætatis in qua Epiſcopus non diſpenſat, referunt deciſum Garc. *de benef. p. 2. c. 5. nu. 51.* Bonacin. *d. puncto 1. nu. 13. verſ. ſecundo.* 13.

---

*Subdiaconi ordinentur ſperantes ſe continere poſſe, diebus feſtiuis; quibus Altari miniſtrauerint, communionem ſumant, annus ſit elapſus ante promotionem ad Diaconatum, Ordines ſacri duo nulli conferantur eadem die.*

## CAPVT XIII.

1 *Doctores de materiā cap. agentes.*
2 *Religioſi non tenentur habere tantam litterarum peritiam, quantam clerici ſeculares.*
3 *Ordinatus ſacris Ordinibus tenetur ex proprio voto non expreſsè, ſed facto ipſo, & tacitè emiſſo ad ſeruandam caſtitatem per Eccleſiæ præceptum.*
4 *Subdiaconi ſi per annum ſaltem in eo Ordine non ſint verſati, ad altiorem aſcendere non permittantur, niſi, &c.*
5 *Interſtitia non ſunt mathematicè computanda, ſed eccleſiaſticè, & iuxta ritum Eccleſiæ.*
6 *Diœceſano ordinandi ſpectat in interſtitijs diſpenſare, non verò ordinatori.*
7 *Interſtitia remittendi facultas Epiſcopo conceſſa tranſit in Capitulum, ſeu eius vicarium Sede vacante.*
8 *Epiſcopus diſpenſare poteſt cum Religioſis in interſtitijs ex cauſa ſibi per atteſtationem ſuorum ſuperiorum manifeſta.*
9 *Diſpenſare tacitè videtur Epiſcopus in interſtitijs ſi aſſumat aliquem ſcienter intra anni curriculum ad Ordines.*
10 *Epiſcopus non ſeruatis interſtitijs ordinans ſubditum, nullam pœnam incurrit.*
11 *Ordinatus non ſeruatis interſtitijs nullam ipſo iure incurrit cenſuram, vel irregularitatem.*
12 *Duo Ordines ſacri non eodem die etiam Regularibus conferantur.*
13 *Epiſcopus plures ſacros Ordines vni conferens eodem die ſuſpenditur à collatione Ordinum donec à Papa diſpenſetur.*
14 *Ordines plures vno die ſuſcipiens abſque Papæ diſpenſatione ſuſpenditur à poſteriori illegitimè ſuſcepto.*

SVbdiaconi, & Diaconi ordinentur, [a] vt habentes bonum teſtimonium, & in minoribus [b] Ordinibus iam probati, α *ac litteris,* & ijs, quæ ad Ordinem exercendum pertinent, inſtructi. β *Qui ſperant, Deo auctore, ſe continere poſſe,* Eccleſijs quibus aſcribentur, inſeruiant, ſciantque maximè decere, ſi ſaltem diebus Dominicis, & ſolennibus, cum altari miniſtrauerint, ſacram Communionem perceperint. γ *Promoti ad ſacrum Subdiaconatus Ordinem,* ſi per annum ſaltem in eo non ſint verſati, ad altiorem gradum, δ *niſi aliud Epiſcopo videatur,* aſcendere non permittantur. ε *Duo ſacri* [c] *Ordines non eodem die,* etiam Regularibus, conferantur: priuilegijs, ac indultis, quibuſuis conceſſis, non obſtantibus quibuſcumque.

a 1. Tit. 3.
b 4. Toler. 19.
c Hic ſuprà c. 11.

1. VIde Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 25. lit. D. Petr. de Ledeſma in ſumm. p. 1. de Sacrament. vbi de ſacrament. Ordinis, cap. 8. concluſ. 11. Franc. Leon. in theſauro fori eccleſ. p. 1. cap. 4. num. 29. Bellet. diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 4. num. 21. in fine, Fr. Ludouic. Miranda in man. Prælator. tom. 1. quæſt. 38. art. 6. & 7. Nouar. in ſingul. canon. concl. 78. Marchin. de Ordine tract. 1. p. 7. c. 2. num. 3. Hieron. Roder. in compendio quæſt. regular. reſolut. 106. num. 20. cum ſeqq. metipſum de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 18. & alios in diſcurſu citatos.

2. α Ac litteris, &c.] In Religioſis non requiri tantam litterarum peritiam, quantam in clericis ſecularibus, & poſſe Epiſcopos ſacris initiare monachos ritè legentes, & cantantes, dummodo ſciant, & intelligant neceſſaria, & eſſentialia, quæ communiter ſcire ſolent Sacerdotes celebrantes, tenent Fr. Emman. quæſt. regul. tom. 1. q. 24. art. 7. Portel. in addit. ad dubia regularia, verb. Ordines ſacri, num. 1. Villalob. part. 1. ſumm. tract. 11. diffic. 11. num. 5. Hieron. Roderic. d. reſol. 106. num. 24. & reſol. 52. num. 22.

3. β Qui ſperant Deo auctoritate ſe continere poſſe.] Ordinatum ſacris Ordinibus teneri ex proprio voto non expreſsè, ſed facto ipſo & tacitè emiſſo, ad ſeruandam caſtitatem per Eccleſiæ præceptum, non autem ex obligatione conſurgente immediatè ex conſtitutione Eccleſiæ, tenent gloſſ. verb. continentiam, in c. coniugatus, de conuerſ. coniug. Dominic. in cap. vnic. de voto, lib. 6. num. 5. & ibi Franc. num. 1. notab. 4. Hoſt. in cap. cùm olim, de cleric. coniug. num. 1. vbi Abb. num. 4. Card. in fine, & Immol. nu. 7. S. Thom. in 4. diſt. 37. quæſt. 1. art. 1. in corpore, Gutier. lib. 2. canon. cap. 7. num. 2. D. Barboſ. in rub. ff. ſoluto matrim. p. 2. num. 100. Ægid. de Coninck de Sacram. tom. 2. diſp. 20. dub. 13. Piaſec. in praxi Epiſcop. part. 1. cap. 1. num. 53. Sanch. de matrimon. lib. 7. diſput. 27. num. 10. Campan. in diuerſ. iuris canon. rub. 7. cap. 3. num. 22. Vazq. tom. 3. in 3. part. diſput. 248. cap. 1. cum ſeq. Soar. tom. 3. de Relig. lib. 9. cap. 16. cum ſeq. Paul. Layman. in Theolog. morali, lib. 5. tract. 9. cap. 10. num. 1.

Contra Dec. in cap. at ſi clerici, in princip. num. 235. verſ. tertio, de iudic. Bonifac. in Clement. vnic. num. fin. de conſanguin. & affin. Paleoth. de nothis, & ſpur. cap. 16. num. 15. Balthaſ. Magol. in tract. de his qui vi, cap. 8. §. 2. num. 26. Valent. tom. 4. tract. de ſacrament. Ordinis, diſput. 9. q. 5. puncto 5. §. 1. paulo poſt princip. exiſtimantes eam continentiæ obligationem non eſſe ex voto, ſed ex Eccleſiæ ſtatuto.

4. γ Promoti ad ſacrum Subdiaconatus Ordinem, &c.] Vide Vgolin. de officio Epiſcopi, cap. 26. §. 27. Carol. de Graſſis de effectibus clericalibus in prælud. num. 326. cum ſeqq. Ludouic. Miranda in man. Prælator. tom. 1. q. 38. art. 6. concl. 3. Molſeſ. in ſumma Theolog. moral. tract. 2. cap. 1. nu. 55. Homobon. de Bonis de examine Eccleſ. tract. 2. c. 2. quæſt. 14 & 15. metipſum de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 18. à princip. Valenzuel. tom. 2. conſ. 107. num. 1.

5. Interſtitia non eſſe mathematicè computanda, ſed Eccleſiaſticè, & iuxta ritum Eccleſiæ, videlicet ab vna Quadrageſima ad aliam, à Pentecoſte ad Pentecoſtem, quamuis inter primam & ſecundam Pentecoſtes feſtiuitatem nondum ſint elapſi duodecim menſes, reſoluunt deciſumque referunt Hieronym. Sorbo in compendio priuileg. mendicant. verb. Ordines ſacri, verſ. circa id, Quarant. in ſumma Bullarij, verb. Ordo, in fine, Fornar. de ſacrament. Ordinis, cap. 3. num. 4. Zerol. in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Ordo, §. 4. circa med. Vgolin. d. cap. 26. §. 27. nu. 6. Campan. in diuerſ. iuris canon. rub. 6. cap. 3. num. 12. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. poſt. reſol. 276. in notabil. de materia ſacramenti Ordinis, verſ. quoad, Bonacin. de Sacrament. diſput. 8. quæſt. vnica, puncto 5. num. 33. & de ſuſpenſionibus in particulari, diſputat. 3. quæſt. 1. puncto 4. §. 2. num. 6. Iul. Cæſ. Madi. de ſacris Ordinibus cap. 4. num. 17. Lezana in ſumm. quæſt. Regul. cap. 14. num. 17. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccleſ. c. 7. num. 3. Lauret. de Franchis in controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. pag. 77. verſ. ad 7. Ego ipſe d. p. 2. alleg. 18. numer. 2.

6. δ Niſi aliud Epiſcopo videatur.] Diœceſano ſcilicet ordinandi; illi enim ſpectare in interſtitijs diſpenſare, non verò ordinatori, qui cum litteris dimiſſorijs ſubditos alienos ordinat, niſi hoc ei in eiſdem litteris expreſsè concedatur, reſoluunt Mart. de iuriſdict. part. 2. cap. 9. num. 14. Piaſec. in praxi Epiſcop. p. 1. c. 1. num. 11. pag. 29. Carol. de Graſſis in dictis prælud. num. 339. Fr. Ludouic. Miranda d. num. 1. q. 38. art. 7. concl. 2. Alzed. d. part. 2. c. 5. num. 11. Marchin. d. tract. 1. part. 7. cap. 2. num. 5. Ego ipſe d. alleg. 18. num. 9.

Facultatem remittendi interſtitia Epiſcopo conceſſam ex cauſis comprehenſis in hoc cap. & in cap. antecedenti, in Vicarium Epiſcopi reſoluunt Sbroz. de officio Vicarij lib. 2. quæſt. 43. num. 28. & 29. & q. 111. num. 16. Marchin. d. part. 7. cap. 2. num. 6. Iul. Cæſ. Madi. de ſacris Ordinibus c. 9. nu. 12. tranſire in Capitulum, ſeu eius vicarium Sede vacante, tradunt Quarant. in ſumma Bullarij, verb. Capitulum, verſ. quarto decimò. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 715. & 561. in 1. edit. aliàs reſol. 606. & 485. num. 6. in 2. edit. Nouar. in ſing. canon. concl. 78. num. 3. Bonacin. d. diſput. 3. quæſt. 1. puncto 4. §. 2. num. 5. Et in ſpecie de vicario Capituli Sede vacante loquentes pariter deciſum referunt Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num. 57. Mart. de iuriſdict. p. 2. c. 9. nu. 13. Marchin. d. tract. 1. p. 7. c. 2. nu. 8. Sanch. in opuſcul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 54. nu. 6. Carol. de Graſſis de effectibus cleric. in prælud. num. 339. in fine, Ego ipſe d. alleg. 18. num. 6. latè Valenzuel. conſ. 107. tom. 2. 7.

Epiſcopum quoque diſpenſare poſſe cum Religioſis ex cauſa ſibi per atteſtationem ſuorum ſuperiorum manifeſta, reſoluunt, deciſumque referunt Hieron. à Sorbo d. verb. Ordines ſacri, verſ. quoad ſecundum. Fr. Emman. q. regul. tom. 3. q. 24. art. 3. & in explicat. Bullæ Cruciatæ, ad fin. Ioan. Bapt. Confett. in collect. priuil. fol. 136. Menoch. de arbitr. caſu 564. Petr. de Ledeſma in ſumm. p. 1. de Sacrament. vbi de ſacrament. Ordinis, c. 8. verſ. la difficuldad, Piaſec. in praxi Epiſcop. p. 1. cap. 1. nu. 50. Proſper de Auguſtino in addit. ad Quarant. verb. Ordo, prope fin. Henriq. in ſum. lib. 10. cap. 23. §. 4. in commento littera L. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 561. in 1. edit. aliàs reſol. 483. num. 5. in 2. edit. Homobon. de Bonis d. tract. 2. c. 2. q. 15. in fine, Vgolin. de officio Epiſcopi, c. 20. §. 1. num. 2. & c. 26. §. 27. num. 3. Bonacin. de Sacrament. diſput. 8. q. vnica, puncto 5. nu. 34. & de ſuſpenſionibus in particulari, diſp. 3. q. 1. puncto 4. §. 2. Ludouic. Miranda d. q. 38. art. 7. concluſ. 1. Portel. in dubijs regularibus verb. Ordines ſacri, nu. 5. Villalob. in ſumm. p. 1. tract. 11. diffic. 12. nu. 4. cum ſeqq. Hieron. Roder. in compendio q. regular. reſol. 106. nu. 20. Molſeſ. in ſumm. Theolog. moralis, tract. 2. cap. 1. num. 56. vbi refert deciſum debere Epiſcopos ſe conformare cum ſupplicatione ſuperiorum Regularium, quia ad ipſos ſuperiores ſpectat prouidere, & iudicare circa vtilitatem, & neceſſitatem Eccleſiarum ſuarum. Lezana in ſumm. q. Regular. cap. 14. nu. 15. Laurent. de Peirinis de priuil. Minimor. tom. 1. conſtit. 1. Sixti IV. §. 22. nu. 35. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccleſ. c. 7. nu. 12. Diana moral. reſolut. tom. 2. tract. 2. de dubijs Regular. reſol. 112. Sanch. in opuſc. moralibus lib. 7. c. 1. dub. 54. num. 4. licèt nu. 8. contrarium videatur aſſerere, Marchin. d. tract. 1. p. 7. c. 2. nu. 2. Laurent. de Franchis in controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. pag. 75. in fine, verſ. ad ſecundum. 8.

Epiſcopum aſſumentem aliquem ſcienter intra anni curriculum ad Ordines, tacitè videri in interſtitijs cum eo diſpenſare, reſoluunt Maiol. de irregular. lib. 3. c. 24. nu. 14. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 25. verſ. opportunè, Menoch. d. caſu 563. num. 10. Carol. de Graſſis de effectibus clerical. in prælud. nu. 342. Vgolin. d. c. 26. §. 27. Molſeſ. d. tractat. 2. c. 1. nu. 22. Homobon. de Bonis de examine Eccleſ. p. 1. tract. 2. c. 2. q. 15. Bonacin. d. diſput. 3. quæſt. 1. puncto 4. §. 2. nu. 7. Ego ipſe d. alleg. 18. num. 8. 9.

Epiſcopum non ſeruatis interſtitijs ordinantem ſubditos nullam pœnam incurrere, aſſerunt Nauarr. conſ. 4. num. 2. de tempor. ordin. in nouis, Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. reſol. 483. num. 7. in 2. edit. Bonacin. d. diſput. 3. q. 1. puncto 4. num. 1. Ego ipſe d. alleg. 18. num. 11. 10.

Nec ſic ordinatus aliquam ipſo iure contrahit cenſuram, vel irregularitatem, cùm neque à Concilio Trident. neque à iure aliqua talis pœna ei impoſita ſit, qui non ſeruatis temporum interſtitijs ordinatur, quamuis ab Epiſcopo ſuſpendi, & alijs pœnis ob Canonis tranſgreſ- 11.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

greſſionem puniri poſſit. Vide tamen Nauarr. *d. conſ. 4.* Soar. *tom. 5. de cenſur. diſput. 31. ſect. 1. num. 43.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Ordo §. 8. & part. 2. eod. verb. §. 5.* Piaſec. *in ſimili praxi part. 1. cap. 1. numer. 50. verſ. nullam,* Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de temporibus ordinat. deciſ. 56.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 3. collect. 576.* Bonacin. *de Sacrament. diſputat 8. quæſt. vnica, puncto 5. num. 35. & de cenſur. diſput. 3. quæſt. 6. puncto 5. num. 7.* Campan *in diuerſ. iuris canon. rub. 6. cap. 3. num. 13.* Filliuc. *in quæſt. moral. tom. 1. tract. 20. cap. 7. nu. 190.* Alzedo *de præcell. Epiſcop. dignitat. part. 2. cap. 5. num. 25.* Iul. Cæſ. Madi. *de ſacris Ordinibus cap. 7. num. 11.* Antonin. Diana *moral. reſolution. part. 4. tract. 2. reſol. 55. verſ. nota tamen,* Marchin. *d. tract. 1. p. 7. cap. 2. num. 12.* Marcel. Vulpe *in d. praxi cap. 8. num. 17.* Tamburin. *tom. 3. de iure Abbatum diſput. 5. quæſt. 11. num. 74.*

12. *ε Duo ſacri Ordines non eodem die, &c.*] Vide Rebuff. *in praxi benefic. p. 2. tit. de clericis ad ſacros Ordines malè promotis, gloſſ. 1. num. 18.* Gambar. *de officio Legati à latere, lib. 2. nu. 264.* Henriq. *in ſumm. li. 6. cap. 10. § 3. litera Q. & lib. 13. cap. 38. in fine,* Fr. Emman. *quæſt. regular. tom. 3. quæſt. 23. art. 4. & q. 24. art. 3. & 5.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. p. 1. cap. 4. num. 29. & part. 3. cap. 8. num. 50.* Piaſec. *d. cap. 1. num. 50. verſ. huc ſpectat.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Ordo 3.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 6. cap. 2. num. 20.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælator. tom. 1. quæſt. 38. art. 5.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 2. num. 189.* Alzed. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 5. num. 27.* Sanch. *in opuſc. moralibus lib. 7. cap. 1. dub. 53. num. 1.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap. 8. num. 14.* Molſeſ. *in ſumm. tract. 2. cap. 14. num. 13.* Marchin. *de ſacrament. Ordinis tract. 1. p. 7. cap. 1. à num. 1.* Lezana *in ſumm. quæſt. Regular. part. 1. cap. 14. num. 14.* metipſum *d. part. 2. alleg. 14. num. 10.* latè Bonacin. *de ſuſpenſion. in particulari diſput. 3. quæſt. 1. puncto 4. §. 1. per tot.* vbi *num. 6.* reſoluit Ordines ſacros non poſſe niſi de licentia Papæ eodem die conferri. Marchin. *de ſacrament. Ordin. tract. 1. part. 7. cap. 1. num. 2.*

Epiſcopum plures ſacros Ordines vni conferentem 13.
eodem die ſuſpendi à collatione Ordinum, donec à Papa diſpenſetur, probat *cap. litteras veſtras, & cap. dilectus filius, ad fin. de tempor. ordinat.* Mari. Alter. *de cenſur. to. 2. diſput. 10. cap. 4. col. 10. quæſt. 2.* Bonacin. *d. puncto 4. §. 1. num. 4.*

Suſcipientem verò abſque diſpenſatione Papæ à po- 14.
ſteriori illegitimè ſuſcepto ſuſpenſum eſſe per *d. cap. litteras,* reſoluunt Nauarr. *in man. cap. 25. num. 71. & cap. 27. num. 241.* Gutier. *li. 1. canon. c. 26. num. 31.* Soar. *tom. 5. de cenſur. diſput. 31. ſect. 1. num. 41.* Mar. Alter. *d. c. 4. col. 4. cum ſeqq.* Molſeſ. *d. tract. 2. c. 18. n. 9.* Marchin. *d. tract. 1. p. 7. c. 1. n. 2. in fin.* Ego ipſe *d. alleg. 14. n. 11.* Bonac. *d. punc. 4. §. 1. n. 1. & 5.* vbi *n. 7.* ſubdit diſpenſationem ſuſpenſionis cõtractæ ab eo, qui plures ſacros Ordines, aut minores cũ ſubdiaconatu eodem die recepit, eſſe Summo Pont. reſeruatam, & excipit caſum quando ſic ordinatus Religionem ingreſſus eſt, & peracta pęnitentia laudabiliter in Religione vixit, quia tunc Abbas, & Epiſcopus diſpenſare poterunt.

---

*Ordinandi ſunt Presbyteri, qui annum egerint in exercitio Diaconali, & ſint tales, qui nouerint docere cæteros, & miniſtrare Sacramenta caſtis moribus bonorum operum, & dent exemplum, & vitæ monita, ordinati frequenter Miſſam celebrent. Quidam promoti per ſaltum diſpenſabiles ab Epiſcopo.*

## CAPVT XIV.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Diſpenſare non licet Epiſcopo in interſtitio requiſito ad aſcendendum à Diaconatu ad Presbyteratum, niſi neceſſitas ſimul, & Eccleſiæ vtilitas cõcurrat.*
3 *Sed non requiritur ordinaria.*
4 *Presbyteri curam animarum habentes tenẽtur per ſe, vel per alios celebrare ſingulis ſaltem diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus.*
5 *Ordines per ſaltum ſuſcipiens incurrit ſuſpenſionem ab executione ſuſceptorum, & miniſtrando fit irregularis.*
6 *Ordinatus per ſaltum eſt ſuſpenſus tantùm ab eo Ordine, quem per ſaltum ſuſcepit.*
7 *Diſpenſatione Apoſt. indiget qui in Ordinibus per ſaltum ſuſceptis miniſtrauerit.*
8 *Procedit etiam cùm quis per ſaltum aſcẽdit ad minores Ordines, & in eis miniſtrauit.*
9 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum promotis per ſaltum ſiue aliquo ſacrorum Ordinum omiſſo, ſiue omnibus, ſi non miniſtrauerint.*
10 *Facultas Concilij in præſenti diſpenſandi cum promotis per ſaltum quid operetur.*

QVi piè & fideliter in miniſterijs anteactis ſe geſſerint, & ad Presbyteratus Ordinem aſſumuntur, bonum habeant teſtimonium, & hi ſint, qui non modò in Diaconatu ad minus annum integrum, niſi *α ob Eccleſiæ vtilitatem, ac neceſsitatem* aliud Epiſcopo videretur, miniſtrauerint, ſed etiam ad populum docendum ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, ac adminiſtranda Sacramenta diligenti examine præcedente, idonei comprobentur, atque ita pietate, ac caſtis moribus conſpicui, vt præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ monita ab eis poſſint expectari, *β Curet Epiſcopus, vt ij ſaltem diebus Dominicis,* & feſtis ſolemnibus, ſi autem curam habuerint animarum, tam frequenter, vt ſuo muneri ſatisfaciant, Miſſas celebrent. *γ Cum promotis per ſaltum, δ ſi non miniſtrauerint, ε Epiſcopus ex legitima cauſa poſſit diſpenſare.*

1. VIde Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 38. art. 6. concl. 3.* vbi ait procedere in Regularibus, Hieron. Roderic. *in compendio quæſtione regular. reſol. 106. num. 22. & 23.* metipſum *de iure Eccleſ. libro 1. cap. 34. de Presbytero, verſ. Ordinandus.*

2. *α Ob Eccleſiæ vtilitatem, ac neceſſitatem.*] In interſtitio anni requiſito ad aſcendendum à Diaconatu ad Presbyteratum, non licere Epiſcopo diſpenſare, niſi neceſſitas ſimul, & Eccleſiæ vtilitas concurrat, quia id importat particula illa, *ac,* quæ eſt coniunctiua, reſoluunt Fr. Emman. *quæſtione regul. tomo 3. quæſtione 24. art. 6.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 26. §. 27. numero 3.* Ludouic. Miranda *dict. tom. 1. quæſtione 38. art. 8. concl. 4.* Bonacin. *de Sacrament. diſput. 8. quæſtione vnica puncto 6. numero 2. & de ſuſpenſion.*

*ſpenſion. omnibus in particulari diſput.3. quæſtione 1. puncto 4. §.2. numero 4. verſ. ego reſpondeo*, Villalob. *in ſumm. part.1. tract.11. diffic.12. numero 3.*Hieron.Roderic. *d.reſolut.106. numero 22.* vbi *numero 23.* ſubdit tunc iudicandam eſſe vtilitatem Eccleſiæ ſufficientem ad diſpenſandum, quando pauci miniſtri exiſtunt, & tunc adeſſe neceſſitatem, quando non ſolùm habentur pauci Eccleſiæ miniſtri, ſed etiam quando deficiunt idonei, & non idonei, additque hanc neceſſitatem, & vtilitatem moraliter debere penſari, non enim in puncto indiuiſibili conſiſtunt, ſed recipere debent eam latitudinem, quæ in alijs rebus moralibus ad arbitrium boni viri attendi ſolet.

3. Vnde non requiri cauſam vtilitatis, & neceſſitatis, ordinariam, aut publicam, quia Conc. in præſenti remittere videtur hoc negotium arbitrio, & prudentiæ Epiſcoporum poſita vtilitate Eccleſiæ, & neceſſitate, quam Epiſcopus iuxta circumſtantiam loci, & temporis, aut iuxta conditionem perſonæ ſufficientem iudicauerit, tradunt Sorb. *in compend. priuileg. verb. Ordines ſacri, ſub fin.* Menoch. *de arbitr. caſu 427. num.30.* Fr. Emman. *d. quæſt.24. art.7.* quos refert & ſequitur Bonacin. *d. punct.6. num.2.*

4. *β Curet Epiſcopus vt ij ſaltem diebus Dominicis*, &c.] Preſbyteros curam animarum habentes teneri per ſe, vel per alios celebrare ſingulis ſaltem diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus, quibus opus eſt vt ſatisfaciant muneri ſuo, aſſerunt Nauarr. *in man. cap.25. num.135.* Fr. Emman. *in ſumm. tom.1. cap.252. num.1.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.3. princ. num.63.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part.1. lib.2. cap.39. num.7.* Azor. *inſtit. moral. part.1. lib.10. cap.24. quæſt.2. & 3.* Bonacin. *de Sacrament. diſput.4. quæſt. vltim. puncto 7. num.3.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. part.1. tract.4. cap.14. quæſt.133.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis, tract.3. cap.14. num.16.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.2. alleg.24. num.22. & de officio, & poteſt. Parochi cap.11. num.5.* Villalob. *in ſumm. part.2. tract.8. dub.14. num.5.* Ioan. de la Cruz *in direct. Conſcientiæ part.2. de ſacrific. Miſſæ quæſt.1. lib.8. concluſ.3.* Diana *reſol. moral. part.2. tract. de celebrat. Miſſar. reſol.26.* Ludouic. à ſancto Ioanne *de adminiſtrat. Sacrament. art.1. tit. de reſidentia num.13. in fine*, vbi addit Parochum teneri celebrare diebus non feſtiuis ad benedictiones nuptiales impartiendas, & pro ſepeliendo mortuo, vbi cum Miſſa ſepelitur, vnde extra tempus, quo populus tenetur ex præcepto Miſſam audire, ablata conſuetudine, vel ſtatuto, non eſſe obligandos Parochos ad ſacrificandum tenet Stephan. Fagundez *de quinque Eccleſiæ præceptis præc.1. lib.3. cap.15. num.8.* nouiſſimè Philibet. Marchin. *de Sacrament. Ordinis tract.3. part.2. cap.30. num.1.* ex eo, quia hæc duo videntur correlatiua; in quibus diebus populus non tenetur Miſſam audire, nec teneatur Parochus ſacrum facere.

5. *γ Cum promotis per ſaltum*, &c.] Suſcipientem Ordines per ſaltum incurrere ſuſpenſionem ab executione ſuſceptorum, & miniſtrando fieri irregularem, reſoluunt Abb. *in cap. vnic. num.4. & 5 de clerico per ſaltum pro n.* vbi Hoſt. *num.4.* Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.24. littera C.* Nauarr *in man. cap.27. num.242.* Henriq *in ſumm. li.13. cap.35. prope fin. littera P.* Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib.1. cap.71.* Fr. Emman. *in ſumm. tom.2. cap.17. à num.7.* Soar. *de cenſur. diſput.31. ſect.1. à num.44.* Auil. *in ſimili tract. part.7. diſput.9. dub.2.* Mar. Alter. *eod. tract. tom.2. diſput.10. cap.5. verſ. verùm tota difficultas, & verſ. reſpondeo.* Bonacin. *eod. tract. de cenſur. diſput.7. quæſt.3. puncto 4. num.5. & de ſuſpenſionibus omnibus in particulari, diſput 3. quæſt.1. punct.2. num.1.* Filliuc. *in quæſt. moral. tract.17. cap.5. q.8. num.92.* Ego ipſe *d. part.2. alleg.47. num.1.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.10. cap. vnico num.4.*

Ordinatum per ſaltum eſſe ſuſpenſum tantùm ab 6.
eo Ordine, quem per ſaltum ſuſcepit, & ita miniſtrando effici irregularem, non autem ab vſu Ordinum inferiorum quos legitimè ſuſceperat, tenent Henriq. *in ſumm. lib.14. cap.6. §.3.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.318. in 1. edit.* aliàs *reſolut.276. num.2. in 2. edit. & in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p.4. deciſ.150. n.8.* Mar. Alter. *d. c.5. verſ. hac ſuppoſita*, Bonacin. *de ſuſpenſionibus in particulari diſput.3. quæſt.1. puncto 2. num.10.* Ego ipſe *d. alleg.47. nu.10.*

*δ Si non miniſtrauerint.*] Apoſtolica indigere diſpen- 7.
ſatione qui in Ordinibus per ſaltum ſuſceptis miniſtrauerit, hoc eſt, qui functiones Ordinis per ſaltum ſuſcepti, aut prætermiſſi exercuerit, ex hoc loco colligunt Maiol. *de irregul. lib.4. cap.11. num.2.* Salzed ad Bernard. *c.24. littera D.* Sayr. *de cenſur. lib.4. c.14. num.26.* Mari. Alter. *d. cap.5. verſ. hoc in loco*, Filliuc. *in quæſt. moral. tract.17. c.5. n.92.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapol deciſ.150. n.5. part.4.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract.12. c.3. q.15. reſol.5.* Bonacina *de ſuſpenſion. in particulari diſput.3. quæſt.1. puncto 2. num.12.* Ego ipſe *d. alleg.47. num.8.*

Et procedere non ſolùm cùm quis ad Sacros aſcendit 8.
per ſaltum, & in eis miniſtrauit, ſed etiam ſi ad minores, deciſum referunt Campan. *d. cap. vnic. num.6.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. part.4. deciſ.108.*

*ε Epiſcopus ex legitima cauſa poſſit diſpenſare.*] Epiſco- 9.
pum poſſe diſpenſare cum promotis per ſaltum, ſiue aliquo ſacrorum Ordinum omiſſo, ſiue omnibus, ſi non miniſtrauerint, tradunt Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.1. tit.18. l.7. de Epiſcopis num.53. verſ. item.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract.2. cap.3. num.26.* Bonacin. *d. puncto 2. ex num.12.* Mari. Alter. *dict. diſput.10. cap.5. verſ. hoc in loco*, vbi intelligit ſiue ſcienter, ſiue ignoranter fuerint ita promoti, Ego ipſe *d. part.2. alleg.47. num.6. & 7.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.8. num.15.* Anton. Diana *moral. reſolut. p.5. tract.10. reſol.29.*

Facultatem à Concilio in præſenti conceſſam diſpen- 10.
ſandi cum promotis per ſaltum non operari vt ordinatus aſcendat ad ſuperiorem Ordinem antequam inferiorē omiſſum recipiat, ſed vt diſpenſari poſſit cum illo ad recipiendum Ordinem omiſſum, & deinde ad miniſtrandum in ſuſcepto per ſaltum, atque ad ſuperiorem aſcendendum, tenent Mari. Alter *d. cap.5. verſ. probatur ſecundò*, Campan. *d. c. vnico n.6.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.150. n.10. part.4.* Ego ipſe *d. alleg.47. num.12.*

---

*Nullus, etiam Regularis, ſine approbatione Epiſcopi poteſt Confeſsiones ſecularium etiam Sacerdotum audire.*

## CAPVT XV.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Confeſſiones etiam ſecularium clericorum nullus audire poteſt niſi ſit ab Epiſcopo approbatus.*
3 *Quamuis ſit Doctor, Lector, &c.*
4 *Confeſſiones inualidè audit non approbatus.*
5 *Confeſſus ignoranter Confeſſario non approbato, quid facere debeat.*
6 *Regulares indigent approbatione Epiſcopi illius diœceſis, quam habitant, cum ſecularium tantùm quamuis Sacerdotum peccata audire cupiunt.*
7 *Regulares in Confeſſarios non approbat Epiſcopus niſi à Prælatis ſuis ſaltem interpretatiuè illi præſententur.*
8 *Confeſſiones ſecularium etiam Sacerdotum audire non poſſunt Ieſuitæ, niſi, &c.*
9 *Confeſſiones Regularium Regulares approbati ſolùm à ſuis ſuperioribus audire poſſunt.*
10 *Equites S. Ioannis Hieroſolymitani poſſunt confiteri cum Regulari Sacerdote à ſuperiore ſuo tantùm approbato.*

Regu-

11 *Regulares Confeſſores à ſuis tantùm ſuperioribus Regularibus approbati poſſunt audire confeſſiones ſecularium qui ſunt de familia, & continui commenſales.*

12 *Regulari non licet extra Religionem confiteri tempore Iubilæi, quo conceditur etiam Regulari facultas eligendi quemcunque idoneum Cõfeſſorem.*

13 *Tertiariarum confeſſiones ſacramentales audire nõ poſſunt Confeſſores Regulares niſi &c.*

14 *Confeſſarius Religioſus electus virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilei ab alio Religioſo pro aliquo caſu Sedi Apoſt. reſeruato, debet etiam approbationem obtinere ab ordinario Epiſcopo.*

15 *Regulares vtriuſque ſexus an poſſint abſolui à Sacerdotibus non approbatis.*

16 *Lectores, & Graduati non debent ſe idoneos reputare ad confeſſiones audiendas ſine Epiſcopi approbatione.*

17 *Parochi actu habentes parochiale beneficium confeſſiones audire poſſunt.*

18 *Parochialis beneficij nomine quæ veniant in hac materia.*

19 *Approbatus dumtaxat ad audiendas confeſsiones cenſetur Parochus in ea ciuitate, vel oppido vbi ſita eſt parochia.*

20 *Parochus in aliena Parochia, & vbique locorum poteſt audire confeſsiones ſuorum ſubditorum.*

21 *Parochus poſt dimiſſum beneficium non poteſt amplius abſque noua approbatione accipere confeſsiones.*

22 *Intruſus de facto in Parochiali beneficio, vel nullum titulum bonum, aut malum à ſuperiore habens, inualidè confeſsiones audit.*

23 *Approbare Sacerdotes in confeſsionis miniſtros nullus poteſt præter Epiſcopum.*

24 *Epiſcopi electi licèt non conſecrati poſſunt approbare Sacerdotes in confeſsionis miniſtros.*

25 *Vicarius Epiſcopi poteſt ex generali conceſſione facultatem audiendi confeſſiones alijs concedere.*

26 *Archiepiſcopus dum actu viſitat poteſt abſoluere ſubditos ſuffraganeorum.*

27 *Capitulum Sede vacante poteſt approbare, & exponere confeſſores per vicarium à ſe electum.*

28 *Abbates ſeculares exempti qui in ſuos ſubditos habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem comprehenduntur ſub nomine Epiſcopi.*

29 *Approbatio Epiſcopi illius loci in quo fit, confeſsio eſt neceſſaria.*

30 *Epiſcopus in ſuum Confeſſarium eligere non poteſt Sacerdotem ſibi non ſubditum.*

31 *Approbatus nullus etiam inſignis vir cenſetur ſine examine ad confeſsiones audiendas, etiamſi iniuſta ſit denegatio.*

32 *Epiſcopus poteſt Sacerdotibus concedere licentiam audiendi confeſsiones quamuis examini non exponantur.*

33 *Approbatio ad confeſsiones audiendas ſufficit etiam oretenus conceſſa.*

34 *Approbatio Sacerdotum ad adminiſtranda Sacramenta, & ad confeſsiones audiendas à pari procedunt.*

35 *Approbatus ab Epiſcopo abſque iudicio, vel contra iudicium ſciente non eſſe idoneum, non cenſetur approbatus.*

36 *Epiſcopus debet Confeſſariũ non ſolum interius iudicare idoneum, verum etiã exterius approbare.*

37 *Sacerdos ſi abſoluat credens ſuperiorem ratam habere abſolutionem de futuro, inualidè.*

38 *Licentia delegata audiendi confeſsiones non expirat mortuo, vel amoto delegante.*

39 *Religioſus qui ſemel fuit generaliter approbatus ſi recedat à diœceſi, & poſtea iterum redeat, non tenetur nouam quærere approbationem.*

40 *Confeſſarij poſſunt ab Epiſcopo ſuſpendi, & examinari ſi non fuerunt examinati quando approbati fuerunt.*

41 *Licentia conceſſa ad beneplacitum Regularibus ad audiendas confeſsiones poteſt quandocunque reuocari.*

42 *Confeſſarij ſeculares approbati ad certum genus perſonarum non poſſunt vltra facultatem confeſsiones audire etiam vigore Bullæ Cruciatæ.*

43 *Approbationem obtentam ab Ordinario ad confeſsiones audiendas poteſt ſuſpendere Epiſcopus ſucceſſor vſque ad nouum examen.*

44 *Regulares ab Epiſcopo anteceſſore præuio examine approbatos ad confeſsiones audiendas poteſt modernus Epiſcopus iterum examinare, & non idoneos repertos reprobare.*

45 *Approbationem ab Epiſcopo obtinentes ad certum tempus, eo elapſo non poſſunt confeſsiones audire abſque noua Epiſcopi ipſius licentia.*

46 *Epiſcopus poteſt Regulares cum ſcandalo, & inhoneſtè viuentes à confeſsionibus audiendis repellere.*

47 *Epiſcopi non poſſunt adimere facultatem audiendi confeſsiones omnibus ſimul vnius Conuentus Regularibus Confeſſarijs S. Congreg. inconſulta.*

48 *Epiſcopi iuſta exiſtente cauſa bene poſſunt Confeſſariorum etiam Regularium approbationem, ac iuriſdictionem reſtringere, & limitare.*

49 *Vicarios licèt temporales appoſitos in Eccleſiis parochialibus dependentibus à Religione Hieroſolymitana debent Epiſcopi approbare ſi ſimpliciter idonei reperti fuerint.*

50 *Generalis Religionis poteſt ſubditos ſuos quomodolibet à confeſsionibus audiendis ſuſpendere.*

51 *Licentiæ confeſſionis audiendæ debẽt gratis concedi.*

52 *Cancellario Epiſcopi non licet pro approbatione ad confeſſiones audiendas quicquam exigere.*

53 *Approbatio ad confeſſiones audiendas valet, quãuis non gratis concedatur.*

54 *Sacerdotes etiam ex conſuetudine antiquiſſima ſine approbatione non poſſunt alij alijs mutuò cõfiteri.*

QVamuis Presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, decernit tamen ſancta Synodus, α *nullum* [a] β *etiam Regularem*, poſſe γ *confeſsiones ſæcularium*, etiam Sacerdotum, audire, δ *nec ad id idoneum reputari*, ε *niſi aut parochiale beneficium*, ζ *aut ab Epiſcopis* η *per examen*, θ *ſi illis videbitur eſſe neceſſarium*, aut aliàs idoneus iudicetur, ι & *approbationem*, κ *quæ gratis detur*, obtineat, priuilegijs, & λ *conſuetudine quacumque*, etiam immemorabili, μ *non obſtantibus*.

a Clem. dudum §. ac deinde, de ſepult.

Vide

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

1. Vide Fr. Emman. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 59. art. 1. & in explicat. Bullæ Cruciatæ, fol. 80. Vaſq. in 3. part. tom. 3. diſput. 219. num. 55. & ſeq. Zerol. in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Confeſſores, Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 1. num. 169. Fr. Ludouic. Miranda in man. Prælat. tom. 1. quæſt. 45. art. 6. 9. & 11. Sanch. de matrim. lib. 3. diſput. 32. num 62. Bellet. diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de diſciplina cleric. §. 4. nu. 42. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. num. 10. cum ſeqq. Campan. in diuerſ. iuris canonic rub. 12. cap. 13. num. 55. cum multis ſeqq. Coriolan. de caſibus reſeruatis part. 1. ſect. 2. Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. abſolutio, differ. 1. & verb. nullitas differ. 5. Fernandez in examine Theolog. moralis part. 3. cap. 6. §. 9. num. 16. cum ſeqq. Homobon. de Bonis de examine Eccleſ. tract. 2. cap. 3. quæſt. 28. latè Iul. Lauor. de Iubil. & Indulgent. part. 1. cap. 21. num 57. cum ſeqq. Aloyſ. Ricc in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. part. 2. deciſ. 146. & part. 4. deciſ. 22. Vincent. Filliuc. in q. moralibus tract. 7. cap. 8. latè & eleganter Fagundez in quinque Eccleſiæ præcepta, præc. 2. lib. 7. cap. 2. num. 38. cum multis ſeqq. Nouar. in ſingul. Canon. concl. 68. & 69. Peregrin. in comment. ad conſtit. cleric. Regul. part. 1. cap. 5. Portel. in dubijs regularibus verb. Confeſſores. Villalob. in ſumm. part. 1. tract. 9. diffic. 53. Paul. Layman. in ſumma Theolog. moral. lib. 5. tract. 6. cap. 10. & 11. Hieron. Roderic. in compendio quæſt. regul. reſol. 31. Bartholom. Gauant. in man. Epiſcop. verb. Confeſſarius à num. 6. Barthol. à S. Fauſto tom. 3 in tract. de Pœnitent. lib. 6. q. 41. cum multis ſeqq. Aldan. in compendio Canonic. reſolut. li. 1. tit. 13. Sel. in ſelectis canon. c. 14. Fr. Ludouic. à Cruce in expoſit. Bullæ S. Cruciatæ diſput. 1. cap. 2. Trullen. in ſimili expoſitione lib. 1. §. 7. cap. 1. Boſſi. de triplici Iubilæi priuilegio ſect. 3. caſu 2. Torreblanca in practicabil. Iuris ſpiritualis lib. 14. cap. 2. & ſeq. Lauret. de Franchis in controuerſ. inter Epiſcop. & Regul. quæſt. 6. verſ. tertiò fallit, Stephan. Dalduin. de poteſt. Epiſcop. & Abbatum cap. 18. cum ſeqq. Hurtado de Sacrament. tract. de Pœnit. diſput. 10. diff. 16. cum ſeqq. Machado en el perfetto Confeſſor y Cura de Almas lib. 1. part. 2. trat. 1. docum. 3. cum ſeqq. & trat. 3. docum. 1. cum ſeqq. Ioan. de Lugo de Sacrament. in tract. de Pœnit. diſput. 21. metipſum de officio, & poteſt. Epiſcopi part. 2. alleg. 25.

2. α Nullum, &c.] Secularium etiam clericorum Confeſſiones nullum audire poſſe, niſi ſit ab Epiſcopo approbatus, per hoc decretum aſſerunt Vaſq. tom. 3. diſput. 219. n 55. cum ſeqq. Soar. tom. 4. diſp. 28. ſect. 5. & 6. Chamerot. de Sacrament. tract. 7. de confeſſ. dub. 12. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit lib. 1. num. 169. cum ſeqq Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 29. num 13. Fagundez in quinque Eccleſiæ præcepta, præc. 2. lib. 7. cap. 1. à num. 14. & cap. 2. num. 7. Trullenc. in expoſit. Bullæ S. Cruciatæ lib. 1 §. 7 cap. 1. dub. 1. Coriolan. de caſibus reſeru p. 1. ſect. 1. art. 20. num. 2. Ego ipſe d. allegat. 25. num. 1. ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

3. Quamuis ſit Doctor, Lector, Licentiatus in ſacra Theologia, vel iure Canonico, famoſuſque Prędicator, de cuius ſcientia per publicam facti, & doctrinæ euidentiam, conſtat, adhuc illum comprehendi ſub hoc decreto, tenerique approbationē petere ab Epiſcopo, tenent Soar. d. diſput. 28 ſect. 4. num. 3. Henriq. lib. 3. de pœnit. c. 6. §. 2. Menoch. de arbitr. caſu 465. Fr. Emman. in explicat. Bullæ Cruciatæ §. 9. num. 4. in fine, Gutier. Canonic. lib. 1. cap. 6. num. 9. Ægid. de ConincK de Sacrament. tom. 2. diſp 8. dub. 7. nu. 49. Fagundez d. lib. 7. cap. 2. num. 68. cum ſeqq. Boſſi. d. ſect. 3 caſu 2. §. 1. num. 32. Solorzan. de iure Indiarum tom. 2 lib. 3. cap. 18. num. 29. Hurtado d. diſput. 10. diffic. 16. Ego d. alleg. 25. num. 14. Barthol. à S. Fauſto d. lib. 6. quæſt. 53.

4. Vnde non approbatum inualidè Confeſſiones audire reſoluunt Paul. Santor. de caſibus Papalibus & Epiſcop. cap. 1. num. 28. Sanchez de matrimon. lib. 6. diſput. 38. num. 20. Ægid. de ConincK d. diſput. 8. num. 49. Piaſec. in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 1. num. 9. pag. 92. Coriolan. de caſibus reſeruatis part. 1. ſect. 1. art. 20. num. 2. nouiſſimè Stephan. VVeyms ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas conſtit. 23. num. 10. in fine pag. 269. Ioan. Capeauil. in ſimili tract. cap. 3. quæſt. 1. vbi refert ſic fuiſſe deciſum de anno 1580. ad petitionem examinatorum diœceſis Leodien. Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapolit. part. 4. deciſ. 22. num. 2. Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum verb. nullitas differ. 5. num. 1. Boſſi. de triplici Iubilæi priuilegio ſect. 3. caſu 2. num. 79. Torreblanca in practicabil. iuris ſpirit. lib. 14. cap. 1. num. 11. Laurent. de Franchis in controuerſ. inter Epiſcop. & Regular. pag. 28. ad 8. Machado d. lib. 1. part. 2. trat. 3. docum. 2. num. 1.

Illum vero, qui Confeſſario non approbato ignoranter confeſſus fuerit, ob fidem, quam habuit in Sacramento quoad Deum eſſe abſolutum, & ſi deinde ſciuerit illum non eſſe approbatum, vel requiri approbationem, teneri reiterare confeſſionem; aſſerunt Molſeſ. in ſumma Theologiæ moralis tract. 7. cap. 13. num. 10. Coriolan. d. p. 1. ſect. 2. art. 19. num 3. & 4. & deciſum refert Ioan. Valer. d. verb. nullitas differ. 5. num. 2. 5.

6. β Etiam Regularem, &c.] Regulares indigere approbatione Epiſcopi illius diœceſis, quam habitant, cùm ſecularium tantùm quamuis Sacerdotum peccata audire cupiunt, tenent per hoc decretum Iacob. de Graff. in aureis deciſion. part. 1. lib. 3. c. 5. num. 109. Piaſec. in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 1. num. 10. Fr. Ludouic. Miranda d. quæſt. 45. art. 8. in fine. Vgolin. de officio Epiſcopi cap. 20. in princip. Fagundez d. præcept. 2. lib. 7. cap. 2. num. 13. Bartholom. à S. Fauſto d. lib. 6. quæſt. 51. Hieron. Roderic. in compendio quæſt. regul. reſol. 32. à num. 1. Ego ipſe d. alleg. 25. num. 45. ſecundùm Lugdunen. impreſſ. Et comprehendi quoque ſub hoc decreto Prælatos Religionum ne audire poſſint ſecularium Cōfeſsiones ſine approbatione Epiſcopi, reſoluunt Suar. tom. 4. diſput. 28. ſect. 4. num. 21. Fr. Emman. in Bull. Cruci. §. 9. dub. 1. num. 4. Fagundez d. lib. 7. cap. 2. num. 39. Bartholom. à S. Fauſto d. lib. 6. quæſt. 52.

7. At Epiſcopum non approbare Regulares in Confeſſarios, niſi à Prælatis ſuis ſaltem interpretatiuè illi exponantur, præſenteturque iuxta formam Clement. dudum, §. ſtatuimus, de ſepultur. tradunt Henriquez in ſumm. lib. 5. de pœnit. cap. 6. §. 6. Fagundez d. cap. 2. nu. 33. quam quidem Clement. quantum ad formam præſentandi Prædicatores, & Minores, non eſſe ſublatam per hoc decretum, aſſerunt Fr. Emman. quæſt. regul. tom. 1. q. 59 art. 2. & in addit. ad explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 9. num. 30. Fr. Ludouic. Miranda d. quæſt 45. art. 6. Hieron Roderic. d. reſol. 32. num. 3. Barthol. à S. Fauſto d. lib. 6. quæſt. 100. Ego ipſe d. alleg. 25. ſub num. 47. in fine.

8. Confeſsiones ſecularium etiam Sacerdotum audire non poſſunt Ieſuitæ, niſi ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur neceſſarium, aut aliàs idonei iudicentur, & approbationem obtineant, vt per Sel. d. cap. 14. num. 3. atteſtans ita fuiſſe deciſum ſub die 20. Iuly 1619.

9. γ Confeſſiones ſecularium, &c.] Non autem ſi eorundem Regularium, cùm ſatis ſit proprij Superioris Regularis approbatio; & ideo nullum poſſe audire Confeſſiones Fratrum, niſi ſit à Superiore eorundem Fratrum approbatus cum iuriſdictionis conceſsione, prout antea requirebatur, cùm mens Concilij fuerit circa Regulares nihil in hoc innouare, ſed eos curæ ſuorum Prælatorum relinquere, tradunt Nauarr. in man. cap. 4. num. 7. Henriq. in ſumm. lib. 3. de Pœnit. c. 6 num. 4. Barthol. à S. Fauſto d. lib. 6. quæſt. 41. verſ. ſecundò dico, Soar. tom. 4. diſput. 28. ſect. 1. num. 4. & ſect. 4. num. 5. in princip. Fr. Emman. d. q. 62. art. 4. Fr. Ludouic. Miranda d. tom. 1. quæſt. 45 art. 11. concl. 2. Molſeſ. in ſumm. Theol. mor. tract. 7. c. 14. n. 60. Homobon. de Bonis de examine Eccleſ. p. 1. tract. 5. cap. 2. quæſt. 12. Hieron Roderic. d. reſol. 31. num. 21. Hurtado de Pœnit. diſp. 10. diffic. 16. Lezana in ſumm. quæſt. Regul. cap. 18. num. 27. Vaſq. de Pœnit. quæſt. 93. art. 3. dub. 3. num. 5. Villalob. in ſumm. tom. 1. tract. 9. diffic. 55. num. 1. & diffic. 49. num. 10. Ioſeph. de Ortu in ſpeculo Parochor. cap. 10. num. 8. Raguc. in lucerna Paroch. tit. de abſolut. quæſt. 120. Ioan. Sanci. in ſelect. diſput. 49. num. 2. Ego ipſe d. alleg. 25. num. 45. & 64.

10. Equites S. Ioannis Hieroſolymitani poſſe confiteri cum Regulari Sacerdote à ſuperiore tantùm ſuo approbato, ſicut poſſunt alij Regulares, tenent Nouar. in tract. de elect. & variat. fori quæſt. 69. num. 23. ſect. 2. in vltim. impreſſ. Aloyſ. Ricc. in praxi part. 4. reſol. 170. num. 2. Ioan. Sanci. in ſelect. diſput. 49. num. 10. vbi num. 9. reſoluit poſſe Clericos Ordinum Militarium ſub clauſura viuentes abſque approbatione Epiſcopi auſcultare Confeſſiones aliorum virorum ſub eadem clauſura viuentium, & facultatem etiam habere eligendi Confeſſarium non approbatū ab

Epiſcopo

Epiſcopo, Sacerdotes Ordinum Militarium S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. qui in communitate, & ſub clauſura viuunt, & *num.* 11. probabile aſſerit S. Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ Sacerdotes poſſe audire aliorum Militum ſuorum Ordinum Confeſſiones abſque approbatione Epiſcopi, & ſe ſubijcere ad confitendum Sacerdoti ſeculari non approbato per Epiſcopum.

11. Regulares Prælatos, ſiue alios Religioſorum Confeſſores poſſe abſque alia licentia, ſiue approbatione Epiſcoporum audire Confeſſiones ſecularium, qui ſunt de familia & continui commenſales, non tamen illorum, qui tantùm deſeruiunt in monaſterijs, reſoluunt Fernandez *in examine Theolog. moral. part. 3. cap. 9. §. 8. num. 1.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract. 8. cap. 2. quæſt. 7. in reſolut.* refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum. Nauarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 53. & lib. 4. tit. 28. l. 1. §. 1. de confitendo ſemel in anno, num.* 10.

12. Quando tempore Iubilæi cuilibet tam ſeculari, quàm Regulari facultas eligendi quemcunque idoneum Confeſſorem conceditur, non eſſe integrum ipſi Regulari extra Religionem confiteri ex decreto Clementis VIII. reſoluunt Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. quæſt. 24. art. 15.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap. 7. §. 2.* Homobon. de Bonis *d. tract. 5. cap. 2. quæſt. 13.* Villalob. *in ſumm. p. 1. tract. 9. diffic. 59. num. 2. cum ſeqq.* Hieron. Roderic. *d. reſol. 31. num. 26.* Molfeſ. *d. tract. 7. cap. 16. num. 26.* vbi ait ſæpè fuiſſe deciſum quòd nunquam Religioſi vti poſſunt Bulæis Iubilæi, aut Cruciatæ, quoad effectum eligendi ſibi Confeſſarium, niſi in illis id expreſsè exprimeretur, & citat Viuald. *in candel.* vbi *de Confeſſ. n. 25.* Fr. Emman. *d. §. 9. num. 15. in 3. not. & nu. 24. §. quartò dico,* Valer. Reginald. *lib. 8. num.* 37. Quarant. *verb. Confeſſor.* Barthol. à S. Fauſto *de Iubilæis extraordin. lib. 4. q. 85.* vbi tamen contra Naldum reſoluit approbatum ad audiendas Confeſſiones Regularium à Superiore proprio, poſſe eligi ab ipſis Regularibus ad effectum conſequendi Iubilæum, & *quæſt.* 87. tenet in generali cõceſſione facta etiam in Iubilęo eligendi quemlibet Confeſſarium non cenſeri conceſſam facultatem Regularibus eligendi Confeſſarium extra ſuam Religionem, niſi quando in Bulla Iubilæi daretur Regularibus expreſsè facultas eligendi quęmcunque Confeſſariũ etiam ſecularem, quia in hoc caſu poterunt dicti Regulares quemlibet Confeſſarium ſiue alterius Ordinis, ſiue ſecularem eligere.

13. Tertiariarum Confeſſiones ſacramentales audire nõ poſſe Confeſſores Regulares, niſi fuerint ab Ordinario approbati ad confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas, concludit Sel. *d. cap. 14. num. 4.* atteſtans ita deciſſe S. Congr. Epiſcop. & Regul. *in Piſtorien. ſub die 20. Decembris* 1616.

14. Religioſum Confeſſarium ex deputatis à Prælato, ſed electum virtute Bullæ Cruciatæ, aut alicuius Iubilæi ab alio Religioſo eiuſdem monaſterij pro aliquo caſu Sedi Apoſt. reſeruato, debere etiam approbationem obtinere ab Ordinario Epiſcopo, quia verba illa Bullæ, *ad Ordinario approbati*, intelliguntur de Epiſcopo, reſoluunt Henriq. *in ſumm. lib. de Indulgent. cap. 12. §. 4. verſ. ſi verò Regularis, & lib. 3. de pœnit. cap. 6. §. 4. in gloſſ. K. & §. 9.* Ludouic. Lop. *in inſtruct. conſcient. part. 1. cap. 26. verſ. ſecundò dico, in fin.* Soar. *tom. 4. diſput. 29. ſect. 6. num.* 11. Petr. de Ledeſma *in ſumm. part. 1. de Sacrament.* vbi *de Penitent. cap. 13. in 6. dub.* quos refert, & ſequitur Ioan. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verb. abſolutio, differ. 1. num.* 33.

Contra Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatę, §. 9. dub. 6. num. 9.* exiſtimantem non eſſe neceſſariam in hoc caſu approbationem Epiſcopi, ſed ſufficere quòd eſset deputatus à ſuo Prælato ad audiendas Confeſsiones.

15. Vtrùm Regulares vtriuſque ſexus habentes priuilegium eligendi ſibi Confeſsorem de non ſuis extra Conuentum, poſsint à Sacerdote electo ſeculari non priùs à diœceſano approbato validè abſolui? vide Stephan. Daluin. *de poteſt. Epiſcop. & Abbat. cap. 34. num. 6.* ibi, *Communis Patrum ſententia eſt Regulares vtriuſque ſexus poſſe abſolui à Sacerdotibus non approbatis ab Epiſcopo: omnino enim apertè illud Concilij decretum ſolum ſeculares etiam ſacerdotes, excipiens, perſonas Regulares vtriuſque ſexus antiqui iuris diſpoſitioni relinquit, ſed ante Concilium licebat conſiteri Sacerdotibus ab Epiſcopo non approbatis. Manifeſtè igitur conſtat ius Concilij non habere locum reſpectu Regularium, ſed omnium ſecularium ſine vlla exceptione. Ratio fuit, quia noluerit Concilium ſubijcere Regulares Epiſcopis, quoad Cõfeſſiones, quas ipſi faciunt inter ſe, quia ipſi habent proprium & peculiarem modum, quo gubernantur, & proprios Paſtores, à quibus Confeſſores recipere ſolent,* &c. Machado *d. lib. 1. p. 2. trac. 3. docum. 2. num. 3. pag. 15.* Ioan. Sanc. & ab eo citati *in ſelect. diſp. 49. num. 6.* vbi *num.* 7. ſubdit quòd ſi alicui Regulari à Superiore concederetur licẽtia eligendi ſibi Confeſſarium quem vellet in itinere, poſſet quidem tunc eligere Sacerdotem ſecularem nõ approbatũ ab Epiſcopo, dummodo ſit aliàs idoneus.

16. δ *Nec ad id idoneum reputari.*] Lectores, & Graduatos in ſacra Theologia non debere ſe idoneos reputare, ſed teneri ſe præſentare coram Ordinarijs, & poſſe ab illis examini ſubijci, vt etiam vltra ſcientiam de eorum prudentia conſtet, aſſerunt Guttier. *canon. lib. 1. cap. 6. num. 9.* Soar. *d. diſp. 28. ſect. 4.* Henriq. *lib. 3. cap. 6. §. 2.* Fr. Ludouic. Miranda *d. q. 45. art. 9. concl. 1.* Ioan. Valer. *d. verb. nullitas, differ. 5. verſ. ſextò.* Hieron. Roder. *d. reſolut. 31. num. 9.* Ægid. de ConincK *de Sacram. tom. 2. diſp. 8. dub. 7. num.* 49. Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 9. num. 4. in fine,* Fagundez *d. lib. 7. c. 2. à num.* 68. Homobon de Bonis *de examine eccleſ. tract. 12. cap. 3. quæſt. 13. reſol. 1. in fine, pag.* 447. Barthol. à S. Fauſto *d. lib. 6. q.* 53. Ego ipſe *d. alleg. 25. num.* 47. ſecundùm Lugdun. impreſſ.

17. ε *Niſi aut Parochiale beneficium,* &c.] Beneficium Parochiale obtinentes eo ipſo ad Confeſſiones audiendas approbatos cenſeri, reſoluunt Floron. *de caſibus reſeruat. p. 1. cap. 4. §. 12. num. 2.* & alij citati per Boſſi. *d. ſect. 3. caſ. 2. num.* 49. Stephan. Daluin *de poteſt. Epiſcop. & Abbatum, cap.* 23. Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 14. cap. 2. nu.* 19. Hurtado *d. tract. de Pœnitent. diſp. 10. diff. 16. verſ. hæc autem.* Si illud actu habeat, vnde non ſufficere habuiſſe, reſoluunt Viuald. *in candel. aureo,* vbi de Confeſſ. *nu. 27. concluſ.* 2. Soar. *d. tom. 4. diſp. 28. ſect. 4. num.* 20. Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 6. §. 3. in fine,* quos refert, & ſequitur Fagundez *d. præcept. 2. libro 7. cap. 2. num.* 38. Torreblanca *d. lib. 14. cap. 2. num. 18. cum ſeq.*

18. Nomine parochialis beneficij in pręſenti intelligenda eſſe etiam ſuperiora beneficia habentia curam animarum, vt ſunt Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, & vt ſunt etiam aliqui Abbates, Archipresbyteri, & Archidiaconi, qui habent curam animarum annexam, quia de his omnibus eadem, vel fortaſſe maior eſt ratio, tradunt Soar. *d. ſect. 4. num.* 21. Fernandez *in examine Theolog. moral. part. 3. cap. 9. §. 8. num.* 1. Fagundez *d. lib. 7. cap. 2. num.* 41. Ego ipſe *d. alleg. 25. num.* 19. ſecundùm Lugdunen. impreſſ. *& de officio & poteſt. Parochi, cap. 19. num.* 2. Filliuc. *in quæſt. moral. tom. 1. tract. 7. cap. 9. num.* 257. Antonin. Diana *reſol. moral. p. 1. tract. de Bulla Cruciatæ, reſolut. 8. in fine* Boſſi. *d. ſect. 3. caſu 2. num.* 51. vbi *numer.* 52. id limitat in Prælatis Religionum, qui ex vi ſuæ dignitatis non habeat iuriſdictionem ordinariam in ſeculares. Stephan. Daluin *d. cap. 23. nu.* 6.

19. Approbatum dumtaxat ad audiendas Confeſſiones cenſeri parochum in ea ciuitate, vel oppido, vbi ſita eſt parochia, non autem paſſim per totam diœceſim, aſſerunt Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 1. num. 10. pag.* 92. Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. p. 1. tract. 5. cap. 3. quæſt.* 15. Squillante *de priuileg. cleric. cap. 1. num.* 73. Ego ipſe *d. alleg. 25. num. 18. & de officio, & poteſt. Parochi cap. 19. num.* 3. & refert deciſionem S. Cong. Stephan. Daluin *d. cap. 23. nu.* 13. Niſi virtute Cruciatę, aut Iubilęi, quia tunc vbique eſſe eligibilem expreſsè tenent Soar. *d. ſect. 4. num.* 18. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 1. cap. 16. quæſt. 3. nu.* 189. Silui. *in addit. ad 3. part. q. 8. art. 5. dub. 6. concluſ.* 1. Homobon. de Bonis *d. q.* 15. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. abſolutio. different. 1. num.* 16. Villalob. *in ſum. tom. 1. tract. 9. diffic. 56. num.* 4. Filliuc. *d. cap. 9. num.* 257. Fagundez *d. cap. 2. num.* 36. Boſſi. *d. ſect. 3. caſu 2. n.* 135. Trullench *in expoſit. Bullæ Cruciatæ lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 4. num.* 3. Steph. Daluin *d. cap. 23. n.* 9. vbi aſſerit hunc Parochum eſſe vbique capacem iuriſdictionis ſi aliunde conferatur ab eo, qui poteſt delegare, vel mediante Bulla, aut ſimili priuilegio eligendi Confeſſorẽ, refertque hanc eſſe cõſuetudinem

inter

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inter Hiſpanos, Luſitanosque, vt Parochi ſeſe mutuo iuuent ex ſolo ſuo conſenſu non ſolùm intra eandem diœceſim (quod aſſerit eſſe certius & frequentius etiam pluribus in locis Galliæ, & Lotharingiæ,) ſed etiam in confinio diuerſarum diœceſum, hanc partem etiam defendit nouiſſimè Machado en el perfetto Confeſſor y cura de almas, lib.1.part.2.tract.1.docum.2.numero 2.pag.8. Ioan. de Lugo d.tract. de Pœnit.diſp.21.ſect.1.n.11. cum ſeqq. Antonin. Diana moral.reſol.tom.1.tract. de Bulla Cruciata reſolut.8.

Contra Gutier. canon.lib.1.cap.27.num.21. Layman.d. lib.5.tract.6.c.11.num.7.Garc.de beneſic.p.5.cap.8.n.87.in reſp. ad 4. exiſtimantes parochum extra locum parochiæ non poſſe eligi in Confeſſarium virtute Cruciatæ, aut Iubilæi.

20. Subditorum verò ſuorum Confeſſiones poſſe parochum in aliena parochia, & vbique locorum audire aſſerunt Victor.de confeſſ.n.152.Syluest.verb.Confeſſor 1.q.13. Couarr.practic.c.11.num.4. Anton.Capic.deciſ.203.nu.15. Nauarr. in man.c.27.n.255.Tolet.in inſtruct.ſacerd lib.3.c.13.in fine, Henriq.ſum. lib.6.cap.7.§ 1.Fr.Emman.in expoſ. Bullæ Cruciatæ. §.9.dub.4.Zerol.in praxi Epiſcop.p.1.verb.parochus, Chamerot.de Sacrament.tract.7.de confeſſ.dub.14.Iacob.de Graff.in pract.caſuum reſeruator lib.1.cap.4.num.57. Ioan.Valer.de different.inter vtrumque forum,verb.iuriſdictio, differ.10.num.6.& verb ſententia, differ.1.Hurtado d.tract.de Pœnit.diſp.10.diffic.4.verſ obſeruandum,Sanch.de matrim.lib.3.diſp.19.n.8.& diſp.34.num.2.& 3.Piaſec. in praxi Epiſcop. p.2. cap 1.num.10.verſ. ſuum. Valer. Reginald.in praxi fori pœnit.lib.1.n.93.& 94.Homobon.de Bonis d.tract.5.cap.3. q.16.Molfeſ.in ſumm.Theolog.moralis,tract.7.cap.15.num.89. Campan.in diuerſ iuris canon, rub.12.c.13. ſub n.71.Floron. de caſibus reſeru.p.1.c.4.§.12.n.3.Boſſi.d.ſect.3.caſu 2.nu.19. Torreblanca d.lib.14.c.2.n.20.& 21. Ego ipſe d.c.19.n.5.

21. Poſt dimiſſum beneficium non poſſe ampliùs Parochum abſque noua approbatione accipere Confeſſiones, nec etiam cenſeri ſufficienter idoneum, & approbatum ad illas audiendas tempore Iubilæi, reſoluunt Soar.d.tom.4.diſp.28.ſect.4.n.20.& ſect.6.num.13.Henriq.d. ſum.lib.7.c.12. §.3.& 4.Valer. Reginald. d.lib.1. num.190. Filliuc. d.num.257.Fagundez d.cap.2.num 38.Leon.de iubileo p.2.q.9.n.21.Floron.de caſibus reſeru.p.1.c.4.§.12.num.7. Boſſi.d.ſect.3.caſu 2.n.56.Fr.Ludou.à Cruce in expoſit. Bull. Cruc. diſp.1.c.2.dub.7.Trullench in expoſit.eiuſdem Bullæ lib. 1.§.7.cap.1.dub.3.num.7.verſ.dico tertiò. Machado d.lib.1.p. 2.trat.3.document.4.num.3.vbi dicit contrarium probabile & d. part.2.trat.5.document.vltim.num.8. Ioan.de Lugo d. tract. de Pœnitent.diſputatione 21.ſect.1.numero 8. Antonin. Diana dict.reſolut.8. verſic.notandum. Ego ipſe dict.cap.19. num.6.

Contra Fr.Emman. in addit.ad Bullam Cruciatæ,§.9.n.4. Villalob.d.tom.1.tract.27.clauſ.9.§.1.nu.4.Ioan.de la Crux in direct.conſcient.p.2.de Pœnitent.queſt.5.dub.8.concluſ.4.exiſtimantes Parochũ etiam poſt dimiſſum beneficiũ cenſeri approbatũ ad audiendas Cõfeſſiones tẽpore Iubilæi.

22. Intruſum de facto in parochiali beneficio, vel nullum titulum bonum, aut malum à ſuperiore habentem, inualidè confeſſiones audire, tenent Angel. verb.confeſſio §.2. Nauarr.in man.cap.9.num.11.& in c.placuit, de Pœnit. diſt.6. n.176.Chamerot.d.tract.7.de confeſſ.dub.22.Marcel.Megal. inſtitut.ſacerdot. p.1.lib.5.cap.19.num.12.in fine,Valer.Reginald.d.lib.1.num.98.Ioan.Valer.d.verb.nullitas,differ.7.ſub num 5. Sanch.de matrimon.lib.3. diſp.22 num.49.vbi declarat niſi communi errore fuiſſet pro vero parocho habitus habens titulum putatiuum à legitimo ſuperiore, additque non ſatis eſſe commune m errorem, ſed neceſſarium eſſe titulum collatum à ſuperiore, quamuis inualidum ob aliquod vitium latens.

23. [Aut ab Epiſcopis.] Nullum præter Epiſcopum ſe intromittere debere in ijs, quæ ſpectant ad approbandos Sacerdotes in confeſſionis miniſtros, deciſum atteſtatur Armendar.in addit.ad recop.legum Nauarræ,lib.4.tit.29.l.1. §.1, de confitendo ſemel in anno, num.15.Sel.d.cap...nu.27.atteſtans deciſum fuiſſe in Nullius, ſeu Conuerſanen.26.Iunij, & 20.Auguſti 1627. approbationem Confeſſariorum ad Epiſcopum ſpectare donec per alium prætendentem probetur immemorabilis, refert Stephan. Daluin de poteſt.Epiſcopor.& Abbatum,c.19 n.6.fol.105.Sacram Cong. declaraſſe ſubditos inferiorũ Prælatorum etiam exemptorum licentiam audiendi Confeſſiones, ſecularium videlicet, debere petere ab Epiſcopo, ab eoque approbationem obtinere, & offerri debere Epiſcopo à ſuperiore illarum Eccleſiarum. Atque in vna Toletana ſubdit eandem S.Congreg.cenſuiſſe hoc decretum habere locum etiam in Presbyteris ſecularibus ſubiectis Prælatis etiam exemptis, dummodo ſint in diœceſi; & in alia Foroſempronien.declaraſſe nullum Confeſſarium poſſe audire Confeſſiones ſecularium etiam Sacerdotum (vt loquitur Concilium) niſi priùs fuerit approbatus ab Epiſcopo etiamſi eſſet in oppidis exemptis, dummodo illa ſint intra limites diœceſis, & quòd nullus Abbas, qui non ſit nullius, poſſit approbare Confeſſarios, ad ſecularium Confeſsiones audiendas, ſed quòd id ſpectat ad Epiſcopum intra cuius diœceſis fines exiſtit, latè fuit reſolutum in Rota apud Tambur.in fine tom.3.de iure Abbatum deciſ.45.46.& 47.vbi deciſ.50. reſoluit Epiſcopo dari manutentionem quoad approbationem huiuſmodi ex ſola aſſiſtentia priuatiuè quoad alios inferiores.

24. Procedere in Epiſcopis electis & confirmatis, licet non conſecratis reſoluunt Chamerot, d.tract.de confeſſ. dub.13.Nouar.in ſingular.canon concluſ.68.num.2.Barthol.à S.Fauſto d.lib.6.q.43.Ego ipſe d.alleg.25.num.6.ſecundùm Lugdunen. impreſſ. Fagundez d.lib.7.cap.2.num.47. vbi num.53. diſſerit an peccet Epiſcopus excommunicatus non toleratus, ſuſpenſuſve ab officio, Sacerdotes approbans in Confeſſarios. Stephan. Daluin de poteſt. Epiſcop.c.20. in princ.

25. Vicarium Epiſcopi poſſe ex generali conceſſione facultatem Confeſſiones audiendi alijs concedere, tenent Sanch. de matrim.lib.3. diſp.29.num.14.Campan.in diuerſ. iuris canon.rub.12. cap.13.à n.73. Narbòna de appellat. à vicario ad Epiſcopum, p.1.n.203.Nouar.d.concl 68.n.3.Monet. de commutat.vlt.volunt.c.7.n.4.Boſſi.de triplici Iubilæi priuilegio ſect.3.caſu 2.n.60.vbi limitat in Vicario foraneo, Torreblanca d.li.14.c.2.n.13.Machado d.li.1.p.2.trat.3.docum. 3.num.1. Barthol.à S.Fauſto d.lib.6.q.45. Fagundez d.lib.7. cap.2.num.47. Ego ipſe d.alleg.25.nu.8. ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

26. Archiepiſcopum dum actu viſitat poſſe abſoluere ſubditos ſuffraganeorum tam per ſe, quàm per alios, docent Soar.tom.4.de pœnient.diſp.25.ſect.1.num.14.Valer. Reginald.d.lib.1.num.34. Quarant.in ſum.Bullarij,verb.Archiepiſcopi auctoritas,verſ 33.Ægid.de ConincK dicto tom.2. diſp.8. num.21. verſ. nota Archiepiſcopum. Molfeſ. in ſumm. Theolog. moral.tract.7.cap.14.num.75.Hurtad.d.tract.de Pœnit.diſp.10.diff.4.verſ.Archiepiſcopus.Barthol.à S.Fauſto d.li. 6.q.72.Ego ipſe d.alleg.25.num.7.

27. Capitulum Sede vacante poſſe approbare, & exponere Confeſſores per Vicarium à ſe electum cùm ſuccedat in omni iuriſdictione Epiſcopo competente præter caſus in iure expreſſos, & hic actus approbandi non eſt actus formaliter Ordinis, & dignitatis Epiſcopalis, ſed iuriſdictionis ordinariæ, tenent Soar.d.tom.4.diſp.28.ſect. 5.n.2.Henriq.lib.3 de pœnit.cap.6.in princ. Fagundez d.cap. 2.n.54.Campan.d.cap.13.n.74.Boſſi. d.ſect.3.caſu 2.nu.61. Torreblanca d.lib. 14. cap.2.num. 15.Stephan. Daluin d. tract. de poteſt.Epiſcop.& Abbatum,cap.20.num.4. Fagundez d.lib.7. cap.2.num.54. Barthol.à S. Fauſto d.tract.de Pœnit. lib.6.quæſt.46.Ego ipſe d.allegat.25.num.10.

28. Abbates ſeculares, & Priores magnos exemptos, nullius diœceſis, qui in ſuos ſubditos habent iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, vt in Luſitania eſt Prælatus Thomarienſis, & Prior, ſeu Vicarius generalis Prioris Cratenſis; & in Caſtella Abbas Compluti Regij, & Metinæ campeſtris, comprehendi ſub nomine Epiſcopi, de quo in præſenti obſeruant Campan.d.cap.13 n.76.Fagundez d.lib.7. cap.2.num.55.Suarez de Pœnit.tom.4. diſputatione 28. ſect. 5. numero 3. Stephan. Daluin d.c.20.numero 5. cum ſeqq. Machado dict. docum.3. numero 1. Aloyſ. Ricc. in deciſ. curiæ Archiep. Neapolit. part.4. deciſ.22. numero 4. & in ſua praxi aurea reſol. 301. Tamburin. de iure Abbatum, tom.2. diſputatione 6. quæſtione 11.latè Boſſi.dict.ſect.3.caſu 2.numero 62. cum ſeq.Nouar.d.concl.68.n.4.& cenſuit Rot.deciſ.322.p.1.

recen-

recentior. & quòd Priores de Velez & de Merida habeant iuriſdictionem approbandi Confeſſarios pro ſecularibus, docent Ioan. de la Cruz in ſumm. de ſacram. Pœnit. dub. 6. concl. 3. fol. 197. & dub. 8. concl. 4. Ioan. Sanc. in ſelectis diſp. 49. num. 9. in fine. Abbates igitur qui non ſunt nullius, non poſſunt approbationem huiuſmodi dare Rota apud Tambur. tom. 3. de iure Abbatum in fin. deciſ. 45. & 46.

Epiſcopi eius loci, in quo fit Confeſſio, approbatio-
29. nem eſſe neceſſariam meritò ſuſtinent Nauar. in man. cap. 27. num. 266. verſ. ſextum, Gambarupt. de caſibus reſeru. cap. 2. num. 30. Fr. Emman. in explicat. Bullæ Cruciatæ §. 9. num. 5. Homobon. de Bonis de examine Eccleſ. p. 1. tract. 5. cap. 2. q. 14. Campan. d. cap. 13. num 77. Vgolin. de officio Epiſcopi c. 7. §. 2. num. 8. Ego ipſe d. alleg. 25. num. 30. ſecundùm Lugdunen. impreſſ. Paul. Layman. d. lib. 5. tract. 6. c. 11. nu. 9. Ioan. Valer. d. verb. abſolutio differ. 1. nu. 9. & 14. Floron. de caſibus reſeru. p. 1. c. 4. §. 12. num. 6. Lezana in ſum. q. Regul. c. 19. num. 4. & 19. Torreblanca d. lib. 14. cap. 2. nu. 12. Ioan. de Lugo d. tract. de Pœnit. diſp. 21. ſect. 2. nu. 27. cum ſeqq. & præcipuè nu. 35. nam licèt ibi dicat requiri approbationem Ordinarij ipſius Confeſſarij, tamen cùm addat eã approbationem durare ſolùm, quamdiu manet ſub illo Ordinario, ita vt ſi domicilium mutet, requiri approbationem noui Ordinarij, videtur reſoluere eſſe neceſſariam approbationem Epiſcopi eius loci, in quo fit Confeſſio. Approbatum enim ab alio quàm à Valentino Archiepiſcopo in diœceſi Valentina non cenſeri approbatum ab Ordinario, referunt deciſum Quarant. in ſumm. Bullarij verb. Confeſſor, verſ. præter, Fr. Emman. d. §. 9. numer. 5. Ægid. de ConincK d. tom. 2. diſp. 8. nu. 52. Ludou. Beia reſponſ. caſuum conſcient. p. 4. caſu 20. verſ. tandem, Vgolin. d. §. 2. nu. 8. Paul. Layman in ſum. Theolog. moral. lib. 5. tract. 6. c. 11. nu. 9. Campan. rub. 12. c. 13. num. 77. in fine, Vgolin. d. §. 2. nu. 8. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. num. 12. Barthol. à S. Fauſto in tract. de Iubil. extraord. lib. 4. quæſt. 75. & 76. Et confeſſiones extra diœceſim, in qua fuerunt approbati Presbyteri, eos audire nó poſſe etiam ſubditorum Epiſcopi approbantis, niſi iuriſdictionem in tales ordinariam habeant, obſeruauit Sel. d. cap. 14. nu. 40. atteſtans ita fuiſſe deciſum in Cremonen. ſub die 8. Maij 1610. addens in eadem ſub die 22. Maij eiuſdem anni fuiſſe reſolutum Confeſſarios extraordinarios ab Epiſcopo approbatos ad confeſſiones audiendas, ſiue ſint Regulares, ſiue ſeculares, nullo pacto eas audire poſſe extra diœceſim Epiſcopi approbantis, quamuis Confeſſores ſint eidem Epiſcopo ſubiecti. Et priuilegium à Sede Apoſt. nulla facta derogatione Concilij indultum Patribus Cõgregationis Oratorij, vt qui ex eis præuio examine ad audiendas confeſſiones in ipſa Vrbe à Vicario approbati fuerint, extra eandem Vrbem abſq; alio examine, de licentia tamen Ordinariorum locorum confeſſiones liberè audire valeant, omnino obſeruandum eſſe refert deciſum Garc. in addit. ad ſuum tract. de benefic. p. 4. cap. 5. num. 31.

Contra Henriquez in ſum. lib. 6. cap. 6. §. 7. & lib. 7. c. 12. §. 4. Viuald. in candelab. aureo, vbi de Confeſſione, nu. 28. concluſ. 3. Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. abſolutio, differ. 1. nu. 12. verſ. patet, Diana moral. reſolut. tom. 1. tract. de Bulla Cruciat. reſolut. 7. & tom. 2. tract. 4. de Sacram. reſolut. 110. & alios exiſtimantes ſufficere cuiuſcunque Epiſcopi approbationem.

Et contra Guttier. Canon. lib. 1. cap. 27. nu. 6. mordicus defendentem, & Filliuc. in quæſt. moral. tract. 7. cap. 9. q. 11. num. 262. Villalob. in ſumm. p. 1. tract. 4. dub. 53. nu. 3. Ludou. à Cruce in expoſit. Bullæ Cruciat. diſp. 1. cap. 2. dub. 25. num. 1. Torreblanca de iure ſpirit. lib. 14. cap. 2. num. 12. Hurtado d. tract. de Pœnit. diſp. 10. diffic. 18. putantes requiri approbationem Epiſcopi ipſius pœnitentis.

Et demum contra Soar. d. diſp. 28. ſect. 6. nu. 6. Ægid. de ConincK d. tom. 2. diſp. 8. dub. 8. num. 50. & 51. Bonacina de Sacram. diſp. 5. quæſt. 7. puncto 4. §. 1. num. 15. Molfeſ. d. tract. 7. cap. 16. à num. 18. Valer. Reginald. d. lib. 1. num. 185. Fagundez d. cap. 2. num. 92. Boſsi. d. ſect. 3. caſu 2. num. 214. Barthol. de S. Fauſto tom. 3. in tract. de Pœniten. lib. 6. quæſt. 42. & alios exiſtimantes neceſſariam eſſe approbationem Epiſcopi ipſius Confeſſoris.

Epiſcopum vigore priuilegij, de quo in cap. vlt. de pœnit. 30.
& remiſſ. in ſuum Confeſſarium eligere non poſſe Sacerdotem ſibi non ſubditum, qui à proprio Ordinario non fuerit ad id iuxta hoc decretum admiſſus, ſeu approbatus ad audiendas Confeſſiones, referunt deciſum Soar. d. diſp. 28. ſect. 4. num. 7. Proſper de Auguſtino in addit. ad Quarant. in ſumm. Bullarij, verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. nonum, in fin. Alouſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 548. in 1. edit. aliàs reſolut. 470. in 2. edit. Ægid. de ConincK d. diſput. 8. num. 10. Azor. inſtitut. moral. p. 2. lib. 4. cap. 3. quæſ. 6. verſ. quæres, Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num. 54. Galer. in margarita caſuum conſcient. verb. Epiſcopus 6. Coriolan. de caſibus reſeruat. p. 1. ſect. 1. art. 21. num. 5. verſ. at contra, Iul. Lauor. de indulgent. & iubil. p. 1. c. 21. num. 58. Ioan. Valer. d. verb. abſolutio, differ. 1. & verb. iuriſdictio differ. 14. & verb. nullitas differ. 5. nu. 2. Molfeſ. d. tract. 7. c. 15. num. 34. Fagundez d. lib. 7. cap. 2. à num. 78. Alphonſ. de Leone de Iubil. part. 1. q. 9. num. 28. Filliuc. tom. 1. tract. 7. cap. 9. nu. 256. Fauſt. de Iubil. lib. 4. quæſt. 73. Diana mor. reſol. par. 3. tract. 2. reſol. 3. Ludou. à Cruce in expoſit. Bull. Cruc. diſp. 1. cap. 2. dub. 22. & 23. Ioann. de Lugo d. tract. de Pœnit. diſp. 21. ſect. 1. num. 3. & ſect. 2. num. 38. Barthol. à S. Fauſto d. lib. 6. quæſt. 42. verſ. tum quia & quæſt. 50. & quæſt. 81. cum ſeqq. vbi de Epiſcopis titularibus, & qui renuntiarunt dignitati Epiſcopali, depoſitis, ſeu ſuſpenſis, an fruantur hoc priuilegio.

*h Per examen.*] Vnde ſine eo nullum etiam Doctorem, 31.
vel in ſacra Theologia inſignem profeſſorem cenſeri approbatum, licèt ad illud admitti petierit, & hoc iniuſtè ſibi denegetur, admittit in Presbyteris ſecularibus Fagundez d. lib. 7. cap. 2. num. 58. Ioann. Sanc. in ſelectis cap. 48. num. 16. Filliuc. tomo 1. tract. 7. cap. 9. num. 257. Trullench d. cap. 1. dub. 8. Torreblanca d. lib. 14. cap. 2. num. 24. & in Regularibus agnoſcunt Valer. Reginald. d. lib. 1. num. 192. Ægid. de Coninck d. diſp. 8. num. 58. Fernandez in examine Theolog. moral. p. 3. cap. 9. §. 8. num. 2. licèt non defuerint qui exiſtimauerint Epiſcopo nolente ſine iuſta cauſa admittere præſentatos, eos poſſe omnia perinde exercere, ac ſi admiſſi, & auctorizati eſſent, ex quorum numero videntur eſſe Fagundez d. cap. 2. num. 15. Layman. in Theologia morali lib. 4. tract. 6. cap. 11. num. 4. Finel de caſibus reſeruat. cap. 3. num. 3. Villalob. in ſum. tom. 1. tract. 9. diffic. 53. num. 3. Laurent. de Peirinis de Relig. ſubdito tom. 1. q. 1. cap. 21. §. 2. Diana moral. reſol. p. 3. tract. 2. reſol. 24. Lezana in ſum. quæſt. Regul. c. 19. num. 3. Boſſi. d. ſect. 3. caſu 2. nu. 17. Eraſm. à Cochier de iuriſdict. Ordin. in exemptos part. 4. q. 77. Hurtado d. diſp. 10. de Pœnit. diffic. 16. verſ. Nauarr.

Vnde non exiſtimo bene cenſuiſſe plures ex Theologis Regularibus, dum credunt Epiſcopos teneri approbationem dare, ſi Religioſi illis præſentati ſecundùm formam Clem. dudum, de ſepult. poſt examen inuenti ſint capaces, & idonei ad officium Confeſſionum audiendarum, & ſi ſuam approbationem abſque rationabili cauſa dare recuſent, poſſe audire Confeſſiones. Ex quorum numero ſunt Fr. Emman. ad Bull. Cruc. §. 9. num. 30. & quæſt. Regul. tom. 1. q. 59. art. 3. Cæleſt. in compendio Theolog. moral. tract. 1. c. 16. num. 1. & cap. 14. num. 4. Portel. d. verb. Confeſſor Regularis nu. 2. Villalob. d. p. 1. tract. 9. diffic. 55. nu. 2. Hieron. Roderic. in compendio quæſt. Regular. reſol. 31. num. 9. in fine, Antonin. Diana moral. reſol. p. 5. tract. 13. reſol. 45.

*g Si illis videbitur eſſe neceſſarium.*] Epiſcopum igitur 32.
poſſe Sacerdotibus concedere licentiam audiendi Chriſti fidelium Confeſſiones, etiamſi examini non exponantur, aſſerunt Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſol. 21. Valer. Reginald. d. lib. 1. num. 197. Ægid. de ConincK d. diſp. 8. nu. 49. Fagundez d. lib. 7. cap. 2. num. 70. Sed non poteſt ſubditis ſuis facultatem concedere eligendi ſibi Confeſſarium ex non approbatis quem non voluerit, Suarez tomo 4. diſput. 28. ſect. 7. num. 17.

*i Et approbationem.*] Quamuis in ſcriptis non habeatur, 33.
vt per Valer. Regin. d. lib. 1. nu. 198. Coriolan. de caſibus reſeruatis p. 1. ſect. 2. art. 7. num. 3. Homobon. de Bonis de examine eccleſ. tract. 5. c. 2. q. 10. propè fin. vbi aduertit conſultius eſſe præfatam in Confeſſarium approbationem in ſcriptis dari, vt ipſe eam exhibere poſſit quoties expedire & opus eſſe iudicauerit, & tract. 11. q. 12. reſol. 1. Boſſ. d. ſect. 3.

*caſu* 2.§.1.*nu*.11. Diana *moral. reſol. p*.5. *tract*.14. *reſol*.41. refero Ego ipſe *d.allegat*.25.*nu*.22.ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

34. Idem eſſe approbare aliquem Sacerdotem ad adminiſtranda Sacramenta, atque illum approbare ad Confeſſiones audiendas, aſſerunt Henriq. *in ſum. lib*.11.*cap*.3. §.5.Sanchez *de matrim. lib*.3.*diſp*.35.*num*.8. quos refert & ſequitur Fagundez *d.lib*.7. *cap*.3. *num*.6.

35. Approbatum ab Epiſcopo abſque iudicio, vel contra iudicium ſciente non eſſe idoneum, non cenſeri approbatum, quia hoc decreto exigitur vt Confeſſarius, qui non habet parochiale beneficium, iudicetur idoneus: hic autem verè non iudicatur idoneus, ſed ficté, cùm Epiſcopus interiùs ſentiat, & iudicet non idoneum, reſoluunt Soar.*d.tomo* 4.*diſput*.28.*ſect*.5.*num*.7.*verſ.& fortaſſe*. Valer.Reginald.*d.lib*.1.*num*.197. quos refero *d.allegat*.25. *num*.40. Bartholom. à S. Fauſto *in tract. de Iubil. extraord. lib*.4.*quæſt*.79.& 80.qui etiam tenent validam eſſe approbationem quando Epiſcopus aliquem iudicat, & approbat tanquam idoneum, ſed re ipſa non eſt idoneus.

36. Epiſcopum debere Confeſſarium non ſolùm interiùs iudicare idoneum, verùm etiam exteriùs approbare, & iuriſdictionem concedere, aſſerunt Soar.& Valer. Reginald.*locis proximè citatis*, Ægid. de ConincK *d. tom*.2. *diſp*.8. *num*.49.

Epiſcopum nominatim denuntiatum poſſe validè Sacerdotes ad Confeſſiones approbare, tenent Nauarr. *in cap.placuit,de Pœnit.diſt*.6. *num*.51. Henriquez *lib*.3. *cap*.6. *num*.3. Fr.Emman. *in ſumm.tom*.2.*cap*.14. *num*.5. Sanchez *de matrimonio lib*.3. *diſp*.21. *num*.7. Fagundez *d.lib*.7. *cap*.2. *num*.50.quia hæc approbatio non eſt actus iuriſdictionis, ſed tantùm teſtimonium approbatiuum ſufficientiæ Sacerdotis, ſine quo non poteſt Sacerdos licitè, nec validè Confeſſiones audire.Quicquid teneant Victor.*de Confeſſ. num*.152.Silueſt.*verb.abſolutio* 2.*quæſt*.6. & *verb. Confeſſor* 2, *quæſt*.4.Guttierez *canon. lib*.1.*c*.1.*num*.89.

37. Inualidè Pœnitentię Sacramentum miniſtrare Sacerdotem credentem Superiorem ratam habere abſolutionem de futuro, niſi eam ratam habeat de pręſenti ſigno aliquo externo, reſoluunt Nauar. *in man. cap*.9. *num*.5. & *in cap.placuit num*.105. Nugn. *in addit. ad* 3.*p quæſt* 8. *art*.5. *dub*.1.Peſant.etiam *in addit.ad* 3.*p.quæſt*.10. *diſp*.5. Henriq. *lib*.6.*cap*.13.§.13.Soar.*d tom*.4.*diſp*.25.*ſect*.1.*num*.13. Coriolan. *d.ſect*.2.*art*.10.*nu*.2.*cum ſeqq*. Valer.Regin. *d.lib*.1.*nu*. 89.& 90. Paul.Santor.*de caſibus Papalib & Epiſcop.p*.1.*à nu*. 39. Chamerot, *d.tract*.7. *de confeſſ.dub*.29.*pag*.488. Fagundez *d.lib*.7.*cap*.2.*num*.71.& 72.quos refero *d.allegat*.25.*nu*. 23. Floron. *de caſibus reſeruat. p*.1. *cap*.4. §.17. *num*.3. Paul. Layman. *d.lib*.5.*tract*.6. *cap*.10.*num*.16. Boſſi. *d.ſect*.3.*caſu* 2. *num*. 135.

38. Licentiam delegatam audiendi Confeſsiones non expirare mortuo, vel amoto delegante, quia eſt quædam gratia, tenent Iacob.de Graff. *in aureis deciſ. p*.1.*lib*. 1. *cap*. 13 *nu*.49.Henriq. *lib*.6.*cap*.6.§.7. *in fine*. Chamerot.*d.tract*. 7. *de confeſſ. dub*.27. *pag*. 488. Ioan. de la Crux *de ſtatu Religion.lib*.2.*cap*.3.*dub*.1.*concluſ*.3.*verſ.ex dictis*,Sanchez *de matrimonio lib*.8.*diſp*.28.*num*.80.Coriolan.*d.part*.1.*ſect*.2. *artic*. 8.Ioan.Valer.*d. verb.abſolutio differens*.1.*num*.18. *verſ.obſerua*,Campan. *d rubr*.12.*cap*.13. *num*.69. Homobon.de Bonis *de examine eccleſiaſt.p*.1.*tract*.5. *cap*.3. *quæſt*. 17. Cened. *canonic.quæſt.lib*.1 *quæſt*.38.*num*.10.& 21.Fagundez *d.lib*.7. *cap*.2. *num*.34. quos refero *d.allegat*.25. *num*.43. Lezana *in ſumm.quæſt.Regular.cap*.18.*num*.10.Boſſi.*d.ſect*.3.*caſu* 2.§.1. *num*.9.latè Ioann.de Lugo *de Sacramentis in tract.de Pœnit. diſp*.19.*ſect*.2.*num*.36.*cum ſeqq*. Bartholom.à S.Fauſto *d.lib*. 6.*quæſt*.98. Torreblanca *d.lib*.14. *c*.2. *num*.28. Hurtado *d. tract.de Pœnit. diſp*.10. *diff*.4. *verſ. Circa*, *cum ſeqq*. vbi addit etiamſi dicat, *Quamdiu nobis placuerit*.

39. Religioſum, qui ſemel fuit generaliter approbatus, ſi recedat à diœceſi in qua fuit ſimpliciter approbatus, & poſtea iterum redeat, non teneri nouam quærere approbationem, & licentiam, etiamſi interim mutati fuerint Epiſcopi in illa diœceſi, tenent Nugn.*in addit ad* 3.*p.quæſt*. 8.*art*.3.*dub*.1.*concl*.2. Henriquez *d.cap*.6.§.7. Zerol.*in praxi de ſacrament. Pœnitent. cap*.16.*quæſ*.2.*verſ quintò ſi verò*,quos refero *d.allegat*.25.*num*.44. quibus addo Fagundez *d.lib*.7. *cap*.2. *num*.14. Bartholom.à S.Fauſto *d. tract. de Pœnitent*, *lib*.6.*quæſt*.54.*propè finem*. Si verò ſemel approbatus à proprio Epiſcopo, eius diœceſim mutet, indiget noua approbatione alterius Epiſcopi, in cuius diœceſi modò verſatur, quia vſu receptum eſt, & à ſacra Congregat. deciſum vt qui fuit in vno Epiſcopatu approbatus, ſi ad alium Epiſcopatum tranſeat, iterum approbetur ab Epiſcopo loci, in cuius territorium transfertur. Ita Iacob.de Graff. *lib*.2.*append.cap*.5.*nu*.13.Zerol.*in praxi pœnitent.cap*.16.*quæſito* 8. Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi*, *p*.1.*cap*.7.§.2.*num*.8. Beja *in reſponſ.caſuum conſcient. p*.4. *caſu* 20. Barthol. à S.Fauſto *d.lib*.6. *quæſt*.54.

Confeſſarios, ſi non fuerunt examinati, quando approbati extiterunt poſſe ab Epiſcopo ſuſpendi, & examinari, firmat Sel.*d.cap*.14.*nu*.17. atteſtans ſic deciſiſſe *S.Congreg.Epiſcop.& Regul.in Vercellen*. 31.*Iulij* 1615. 40.

Regularibus facultatem audiendarum Confeſſionum ad beneplacitum per Ordinarios conceſſam poſſe quandocunque reuocari, tenent Sel.*d.loco*, referens ita firmaſſe eandem *S.Congreg.in Papien*. 12. *Martij* 1619. 41.

Confeſſarios ſeculares ad certum genus perſonarum, ſeu ad limitatum tempus ab Ordinario approbatos minimè poſſe, etiam vigore Bullæ Cruciatæ, pœnitentium Confeſſiones audire vltra facultatem ipſis ab Ordinario conceſſam, tradit idem Sellius dicens ſic fuiſſe deciſum *in Cæſaraugustana* 7. *Septembris* 1625. 42.

Approbationem obtentam per Sacerdotem ſecularem, vel Regularem ab Ordinario ad Confeſſiones audiendas, poſſe ab Epiſcopo ſucceſſore pro ſuæ conſcientiæ ſecuritate vſque ad nouum examen ſuſpendi, dicit Sel.*d.cap*.14.*num*.23. aſſerens ita fuiſſe deciſum *in Liman*. 19. *Septembris* 1625. 43.

Regulares ab Epiſcopo anteceſſore præuio examine approbatos ad perſonarum ſecularium Confeſſiones audiendas, poterit modernus Epiſcopus pro maiori conſcientiæ ſuæ quiete iterum examinare, & ſi minus idonei reperti fuerint, reprobare, tenet Sel. *d.cap*.14. *num*.27. ſic fuiſſe reſolutum *in Albanen*. 5.*Februarij* 1628. & in alia *ſub die* 7.*Ianuarij* 1630. & ita etiam decidere *S. Congregat.Epiſcop. & Regul. ſub die* 23. *Nouembris* 1629. 44.

Approbationem ab Epiſcopo obtinentes ad certum tempus, eo elapſo non poſſunt Confeſſiones audire abſque noua Epiſcopi ipſius licentia & approbatione, præuio, etiam ſi eidem libuerit, nouo examine. Illi verò, quos ipſemet Epiſcopus ad Confeſſiones huiuſmodi audiendas ſemel admiſit ſimpliciter, ac ſine vlla temporis præfinitione, nullatenus poſſunt ab eodem reprobari ſine noua cauſa, eaque confeſſiones ipſas concernente. Cæterùm an eadem cauſa ſubſit necne, Epiſcopus non tenetur ipſis Regularibus ediſcere, ſed Sedi Apoſt. dumtaxat vbi eam ſibi aperiri poſtulauerit, ita S. D. Vrbanus VIII. per ſuas litteras in forma Breuis ad futuram rei memoriam reſcripſit Eminentiſſimo Cardinali de Sandoual Eccleſiæ Gienen. Præſuli *ſub dato Romæ apud S. Petrum* 30. *Ianuarij* 1629. & alias litteras in forma Breuis eiuſdem tenoris, & ſub eadem data directas fuiſſe D.D. Chriſtophoro de Lobera Epiſcopo Corduben. refert nouiſſimè Torreblanca *de iure ſpirituali lib*.14.*cap*.3. *num*.23. & 24. Nam Epiſcopus poteſt tales licentias limitare ad certum locum, tempus, & perſonas, Guttierez *Canonic. lib*.1.*cap*.27.*num*.18.& 19.Fr.Emmanuel. *quæſt.Regularium tomo* 1. *quæſt*.59. *art*.8. Suarez *tomo* 4.*diſput*.28. *ſect*.7. *dub*.6. Vgolinus *de officio Epiſcopi*, *cap*.20. *num*.6. Cened.*Canonic. lib*.1.*quæſt*.38.*num*.20.& 21.Homobon.de Bonis *de examine eccleſiaſtico tract*.8. *cap*.2.*quæſ*.7. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta præcept*.2. *lib*.7. *cap*.2. *num*.17. ſacra Congregatio Cardinalium negotijs Ep ſcoporum, & Regularium præpoſita *in vna Cæſaraugustana* 7. *Septembris* 1625. Multas quæſtiones circa approbationem & reprobationem ſecularium & Regularium Confeſſariorum, vide apud Bartholom. à S. Fauſto *d. lib*.6. *quæſt*. 101. *cum multis ſeqq*. 45.

Poſſe Epiſcopum Regulares vtcumque à ſemetipſo approbatos ſuſpendere, aut repellere à Confeſſionibus audiendis, ſi illi cum ſcandalo, aut aliàs inhoneſtè viuant, vel aliquod delictum committant, propter 46.

quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod rationabili ipſius Epiſcopi iudicio, in quo ipſius tantùm conſcientia onerata erit, videantur à confeſſionibus ſuſpendendi, cùm pręcipua miniſtri qualitas ſit integritas vitæ, ac morum honeſtas, & ea cauſa ad miniſterium confeſſionis pertineat, aſſerit Aldan. *in compendio canonic. reſolutionum lib. 1. tit. 13. num. 4.* referens ita deciſiſſe ſacram Congregationem Epiſcop. & Regular. *in Oriolen. 30. Auguſti* 1630.

47. Epiſcopos, locorumque Ordinarios nullo pacto adimere poſſe facultatem audiendi Confeſſiones omnibus ſimul vnius Conuentus Regularibus Confeſſarijs ſacra Congregat. inconſulta, tenet Aldan. *d. tit. 13. num. 5.* atteſtans eandem S. Congregat. ita cenſuiſſe *ſub die* 20. *Nouembris* 1615.

48. Iuſta atque legitima exiſtente cauſa bene poſſe Epiſcopos Confeſſariorum etiam Regularium approbationem, ac iuriſdictionem reſtringere, & limitare ad certum tempus, vel locum, ſeu perſonas, reſoluunt Soarez *d. tomo 4. diſput. 28. ſect. 7. dub. 6.* Guttierez *Canonic. lib. 1. cap. 27. num.* 18. & 19. Fr. Emmanuel *quæſtionum regularium tomo 1. quæſt. 59. art.* 8. Fr. Ludouic. Miranda *d. quæſt. 45. artic.* 10. *concluſ.* 1. Homobon. de Bonis *d. tract. 5. cap. 3. quæſt.* 17. Vgolin. *de poteſtate Epiſcopi, p. 1. cap. 20. nu.* 6. Cened. *d. quæſt.* 38. *num.* 21. & 22. Fagundez *d. lib. 7. cap. 2. num.* 17. vbi *num.* 45. quærit & reſoluit an approbatus ab Epiſcopo cum limitatione perſonarum, veluti ad ſolas virorum confeſſiones dumtaxat, aut ad fœminarum confeſſiones, non virorum, ſit per Bullam, aut Iubilæum eligibilis à fœminis, & à viris.

49. Vicarios licèt temporales appoſitos in Eccleſijs parochialibus vnitis, & dependentibus à Religione Hieroſolymitana, debere Epiſcopum, ſi ſimpliciter idonei reperti fuerint, approbare, tenet Aldan. *d. titul.* 13. *num.* 6. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Auguſtana* 4. *Decembris* 1630.

50. Generalem Religionis poſſe ſuos ſubditos ex quacunque cauſa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extraiudicialiter à Confeſſionibus audiendis ſuſpendere, refert Peregrin. *in conſtit. cleric. regular. part. 1. cap. 5. litt. D. in fine,* atteſtans ita fuiſſe deciſum *ſub die* 2. *Iulij* 1627.

51. *z Quæ gratis detur.* ] Gratis oportere concedi huiuſmodi licentias referunt deciſum Armendar. *in addit. ad recopil legum Nauarræ, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num* 10. *reſp.* 5. Garc. *de benefic. part. 8. cap. 2. num. 77. in reſp. ad* 5. Ego ipſe *d. allegat. 25. num.* 11. ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

52. Cancellario Epiſcopi nullo pacto licere etiam in vim taxæ antiquæ pro approbatione ad confeſſiones audiendas, quam hoc decretum gratis dari mandauit, quicquam exigere, refert deciſum in vna Aprutina Aldan. *d. tit. 13 num.* 8.

53. Sub verbis ſuprà relatis contineri pręceptum quo pręcipitur Epiſcopis vt huiuſmodi approbationem gratis impendant, non contineri verò conditionem neceſſariam, qua non ſeruata, non valeat approbatio, aſſerunt Soar. *d. tom. 4. diſp. 28. ſect. 5. num.* 10. *in fine,* Fagundez *d. lib. 7. cap. 2. num.* 66.

54. *λ Non obſtante quacunque conſuetudine, etiam immemorabili, &c.* ] Neminem admitti poſſe ad Confeſſiones ſecularium audiendas, niſi ſit approbatus ab Epiſcopo quocunque priuilegio & conſuetudine etiam immemoriali, non obſtante ex ſacræ Congregat. deciſione dicit reſolutum Rota *deciſ. 655 num.* 1. apud Farinac. *p. 1. in poſthum. & num.* 4. ſubdit non videri Concilium in præſenti ſuſtuliſſe ius quæſitum Prælato inferiori vigore concordiæ, vel arbitralis ſententiæ à Sede Apoſt. ex certa ſcientia confirmatæ. Eadem Rota apud Tambur. *in fin. tom. 3. de iure Abbatum deciſ. 49. à num.* 1. Hinc tolli conſuetudinem antiquiſſimam Sacerdotum, qua alij alijs mutuo confitebantur ante Concilium abſque vlla alia approbatione, tradit Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib. 3. cap. 13. num. 5. ad fin.* quem refert, & ſequitur Fagundez *d. lib. 7. cap. 2. nu.* 94. vbi ſimiliter aſſerit abrogatam eſſe antiquam illam conſuetudinem, qua olim ſolebant Parochi committere ſuas vices cuicumque Sacerdoti volebant, hodie namque poſt Concil. Trident. non poſſe à Parocho dari licentiam ſuis parochianis ad confitendum alijs, niſi ſint ex approbatis ab Ordinario, meritò reſoluunt Fr. Emman. *in ſumma tom 1. capit. 60. num.* 2. Nugn. *in addit. ad 3. part. quæſt 8. art. 5. dub.* 6. Gambarupta *de caſibus reſeruatis, cap. 2. num.* 20. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Parochus, different. 4. & verb. nullitas, different. 5. verſ. ſeptimò,* Fagundez *d. præcept. 2. lib. 7. cap. 2. num.* 42. Squillante *de priuileg. clericor. cap. 1. num.* 70. vbi *num.* 73. poſt Gutier. *canon. lib. . cap. 27. num.* 21. Villalob. *in ſumm. tom. 1. tract. 9. difficult. 49. num.* 9. Petr. Fay *de Pœnitent. quæſt. 8. art 5. diſp* 1. Antonin. Diana *moral. reſolut tom. 2. tract. 4. de Sacram. reſol.* 46. Ioann. de Lugo *d. tract. de Pœnit. diſp. 21. ſect. 1. num.* 6. Bartholom. à S. Fauſto *d. lib. 6. quæſt.* 48. & Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 8. num.* 132. tenet delegatum poſſe eſſe alium Parochum eiuſdem diœceſis, vbi delegans habet beneficium parochiale, vel ſacerdotale approbatum ab Ordinario loci vbi exerceri debet hæc iuriſdictio, refero Ego ipſe *de officio & poteſtate Parochi cap. 19. num.* 27. & tolli conſuetudines præcedentes, & non futuras reſoluit Anguian. *de legib. lib. 2. controuerſ. 20. num.* 21. & 22.

---

*Quiſque ordinandus vtilis ſit Eccleſiæ, & in ea adſcribatur, functurus ſuis ibidem muneribus. Deſertor punitur. Nemo peregrinus ſine litteris commendatitijs ſui Ordinarij celebret.*

## CAPVT XVI.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*

2 *Adſcriptio alicui Eccleſię in ordinatis fieri debet in ipſa promotione.*

3 *Locum habet etiam in familiaribus triennalibus Epiſcoporum.*

4 *Presbyteros, & clericos aſcriptos Eccleſiis non poteſt Epiſcopus ob neceſſitatem Eccleſiæ cogere ne diſcedant ab ea cauſa ſtudij.*

5 *Ordinari nullus poteſt cõtra ꝓhibitionẽ ſui Prælati.*

6 *Subditus alienus ad celebrandum, & ad ſacramẽta adminiſtranda admittendus non eſt ſine commendatitijs proprij Epiſcopi.*

7 *Commendatitiæ litteræ denegandæ non ſunt ab Epiſcopo Sacerdotibus, & clericis, qui non habent beneficia reſidentiam requirentia.*

8 *Commendatitiæ litteræ pro clerico peregrinari volente ſunt obtinendæ ab eo, qui huiuſmodi clerici Ordinarius fuerit.*

9 *Epiſcopus prohibere poteſt ne Regulares in eorum Eccleſiis Sacerdotes ſeculares exteros diuina officia celebrare permittant.*

10 *Epiſcopus poteſt admittere Sacerdotes exteros habentes litteras dimiſſorias ſuorum Ordinariorum ad Sacramenta adminiſtranda.*

11 *Clericus peregrinus poteſt ſine litteris commendatitijs ad celebrandum admitti ſi fidem faciat de ſua ordinatione.*

12 *Clericus aſcriptus ſeruitio alicuius Eccleſiæ non po-*

teſt abeſſe inconſulto Epiſcopo.

13 Epiſcopus non poteſt ante ordinationem exigere ab ordinando promiſſionem de inſeruiendo certæ Eccleſiæ.

a. CVm a nullus debeat ordinari, qui iudicio ſui Epiſcopi non ſit vtilis, aut neceſſarius ſuis Eccleſijs, ſancta Synodus, veſtigijs ſexti canonis Concilij b Chalcedonenſis inhærendo, ſtatuit, vt nullus in poſterum ordinetur, qui illi Eccleſiæ, aut pio loco, pro cuius neceſſitate, aut vtilitate aſſumitur, non aſcribatur, vbi ſuis fungatur muneribus, nec incertis vagetur ſedibus. c Quod ſi locum inconſulto Epiſcopo deſeruerit, ei ſacrorum exercitium interdicatur. β *Nullus præterea* d *Clericus peregrinus* ſine commendatitijs ſui Ordinarij litteris ab vllo Epiſcopo ad diuina celebranda & Sacramenta adminiſtranda admittatur.

a Cap nemine m. 70. diſt. b Et canonũ cita torum ſeſſ 24. c. 17. c Concil. Nicenũ c. 15. & 16. c Sãctorũ 70. diſt. c. tue, de cler. peregr. Concil. Antioch. c. 7. d 1. Carth. Cõcil. Chalcedonẽſ. c. 13. Cõcil. Aquiſgranen. c. 59. & 61. Concil. Epaunen. c. 6. Concil. Aurelian. 3. c. 15. c. 5. Laodic. 41. 3. Carthag. cap. 28.

1. VIde Aldan. *in compendio canon. reſolut. lib. 2. tit. 8. nu. 3. cum ſeqq.* Sel. *in ſelectis canon c. 13. ex nu. 25.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 21. à princip.*

2. a *Cùm nullus debeat ordinari qui iudicio ſui Epiſcopi, &c.*] Adſcriptionem alicui Eccleſiæ in ordinatis fieri debere in ipſa promotione, refert deciſum Garc. *de beneſic. p. 2. cap. 5. num.* 101.

3. Locum habere etiam in familiaribus triennalibus Epiſcoporum, qui ad titulum patrimonij poſſunt promoueri, nam & iſtos debere adſcribi alicui Eccleſiæ ordinantis, aſſerit reſolutum Sel *d. cap. 13. num. 25.*

4. Presbyteros, & clericos adſcriptos Eccleſijs non poteſt Epiſcopus ob neceſſitatem Eccleſiæ cogere ne diſcedant ab ea cauſa ſtudij, immo tenetur illis dimiſſorias, ſeu commendatitias litteras concedere, vt per Aldan. *d. tit. 8. num.* 4. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die 11. Martij* 1617.

5. Nullum poſſe contra prohibitionem ſui Prælati ordinari, aut de illo conqueri, ſeu ab eo appellare, eo quod illum ordinare nolit; reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. reſol. 587. in 2. edit.* aliàs *in 1. edit. deciſ.* 693. & faciunt ſuprà dicta *ſeſſ. 21. de reform. cap. 2.* ſuper illa verba, *niſi illi, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos*.

6. β *Nullus præterea clericus peregrinus*, &c.] Alienum ſubditum ad celebrandum, ac Sacramenta adminiſtranda admittendum non eſſe ſine commẽdatitijs proprij Epiſcopi, tenent per hunc text. Henriq. *in ſum. lib. 10. cap. 34. §. 6 in fine*, Fr. Emman. *quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 121. art. 1.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 9. cap. 6. num.* 1. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Neapol. cap. 40. num.* 1. Hieron. Roder. *in compend. quæſt. regul. reſol. 25. num.* 17. Ego ipſe *d. part. 2. alleg. 21. num. 1. in fine.*

7. Denegandas non eſſe huiuſmodi commendatitias litteras ab Epiſcopo Sacerdotibus, & clericis, qui non habent beneficia in titulum reſidentiam requirentia, referunt deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num.* 63. Campan. *d. rub. 9. cap. 6. nu.* 4. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 598. in 1. edit.* aliàs *reſol. 524. in 2. edit.* Ego ipſe *d. alleg. 21. num. 5.*

8. Litteras commendatitias, ſine quibus ex hoc cap. clericus peregrinus ad diuina, & Sacramenta adminiſtranda admitti non debet, eſſe obtinendas ab eo, qui huiuſmodi clerici Ordinarius fuerit, aſſerit reſolutum Armendar. *d. l. 7. de Epiſcopis, num.* 56. quem refero Ego ipſe *d. alleg. 21. num. 4.*

9. Epiſcopum loci Ordinarium prohibere poſſe ne Regulares in eorum Eccleſijs Sacerdotes ſeculares exteros diuina officia celebrare permittant, niſi priùs ab ipſo Epiſcopo viſis litteris commendatitijs ipſi Sacerdotes admiſſi fuerint, referunt deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num.* 55. Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Miſſa.* Nald. *in ſumm. eod. verbo, nu. 25.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. reſol. 635. in 2. edit. & in deciſ. curiæ Archiep. Neapolit. deciſ. 298. p. 4.* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. tract. 12. c. 4. q. 16. reſol. 3. p. 459.* Ego ipſe *d. alleg. 21. num. 8.*

10. Epiſcopum poſſe admittere Sacerdotes exteros habentes litteras dimiſſorias ſuorum Ordinariorum ad Sacramenta adminiſtranda, ſicut poterat ad Miſſæ ſacrificium, dummodo illi verè idonei ſint; refert Armendar. *d. l. 7. de Epiſcopis, num.* 83.

Sacerdotes exteri ſeculares, qui abſque licentia Ordinarij celebrant in Eccleſijs Regularium, incurrunt pœnas inflictas in Synodo diœceſana, & Sacriſtæ, ſeu præfecti Eccleſiarum regularium adſtringi poſſunt ad non permittendum celebrationem prædictam, niſi exhibita licentia Ordinarij, Sel. *d. cap. 13. nu.* 28. vbi refert deciſum *in Neapolitana 17. Auguſti* 1630.

11. Clericum peregrinum poſſe ſine litteris commendatitijs ad celebrandum admitti ſi faciat fidem de ſua ordinatione, reſoluunt Nauarr. *conſil. 1. ſub num. 1. de celebr. Miſſar.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. part. 1. deciſ.* 150. ſi tamen huiuſmodi commendatitias litteras clericus peregrinus non habuerit, nec fidem fecerit, nullo iure eſſe ſuſpenſum, ſed poſſe ſecluſo ſcandalo celebrare, tenent Nauarr. *in man. cap. 27. num. 153. & conſil. 5. de celebr. Miſſar. in antiq.* aliàs *conſ. 1. de cleric. pereg.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. de celebrat. Miſſar. deciſ.* 5. Henriq. *d. §. 6. in commento littera T.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 29. num. 52. verſic. tantopere*, Ego ipſe *d. allegat. 21. num. 3.*

12. Clericum adſcriptum ſeruitio alicuius Eccleſiæ non poſſe abeſſe inconſulto Epiſcopo, aſſerit Sel. *d. cap. 13. nu.* 28. atteſtans ſic fuiſſe reſolutum *in Terracinen. 19. Februarij* 1628.

13. Epiſcopum non poſſe ante ordinationem exigere ab ordinandis promiſſionem de inſeruiendo certæ Eccleſiæ, etiam poſt obtentum beneficium ſimplex reſidentiam non requirens, dicit Sel. *d. c. 13. num.* 29. vbi refert deciſum *in Lauretana 15. Aprilis* 1628.

---

*Exercitia minorum Ordinum reſtitui debent aſſignatione facta fructuum ſimplicium beneficiorum, vel fabricæ. Deficientibus tamen clericis cælibatum colentibus ſufficiantur coniugati monogami tonſurati, & induti clericaliter in Eccleſia.*

## CAPVT XVII.

1 *Ordo neceſſariꝰ eſt ad filios ſpirituales multiplicãdos.*

2 *Irregularis fit clericus exercendo ſcienter Ordinem, quem non habet.*

3 *Bigamus excluditur à clericatu.*

4 *Bigamus non poteſt conſequi Eccleſiaſtica beneficia.*

5 *Bigamus effectus bigamia interpretatiua non poteſt mortua vxore diſpenſari per Epiſcopum vt in Ordine ſuſcepto miniſtret.*

6 *Diſpenſare an & quando poſſit Epiſcopus in bigamia vera, vel interpretatiua.*

Vt

VT ſanctorum Ordinum à Diaconatu ad Oſtiariatum functiones, ab Apoſtolorum temporibus in Eccleſia laudabiliter receptæ, & pluribus in locis aliquandiu intermiſſæ, in vſum iuxta ſacros [a] Canones reuocentur, *α nec ab hæreticis, tanquam otioſæ* traducantur, illius priſtini moris reſtituendi deſiderio flagrans ſancta Synodus, decernit, vt *β in poſterum huiuſmodi miniſteria, γ non niſi per conſtitutos in dictis Ordinibus exerceantur*, omneſque & ſingulos Prælatos Eccleſiarum in Domino hortatur, & illis præcipit, vt quantum fieri commodè poterit, in Eccleſijs cathedralibus, collegiatis, & parochialibus ſuæ diœceſis, ſi populus frequens, & Eccleſiæ prouentus id ferre queant, huiuſmodi functiones curent reſtituendas, & ex aliqua parte redituum aliquorum ſimplicium beneficiorum, vel fabricæ Eccleſiæ, ſi prouentus ſuppetant aut vtriſque illorum, eas functiones exercentibus ſtipendia aſſignent, quibus, ſi negligentes fuerint, Ordinarij iudicio, aut ex parte multari, aut in totum priuari poſſint. Quod ſi miniſterijs quatuor minorum Ordinum exercendis Clerici cælibes præſtò non erunt, ſuffici poſſint etiam coniugati, vitæ probatæ, *δ dummodo non bigami*, ad ea munia obeunda idonei, & qui Tonſuram, & habitum Clericalem in Eccleſia geſtent.

[a] Capit. 1. 25. diſt. cap. acolytus. c. exorciſta. c. lector capit. oſtiarius, & c. Pſalmiſta 24. diſt. ſuprà cap. 1. Innocent. in Epiſ. 4. cap. 5.

VIde Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 1. cap. 4. nu.* 19. Sel. *in ſelect. Canon. cap.* 19. *à num.* 4.

1. *α Nec ab hæreticis tanquam otioſæ*, &c.] Quòd Ordo neceſſarius ſit ad filios ſpirituales multiplicandos ad Eccleſiæ regimen, docet Sayr. *de Sacrament. in genere, lib. 6. cap. 4. quæſt. 1. verſic. alia quatuor Sacramenta.*

*β Nec in poſterum huiuſmodi miniſteria*, &c.] Vide Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *c.* 18. *q.* 23.

2. *γ Nonniſi per conſtitutos in dictis Ordinibus exerceantur.*] Irregularem fieri clericum exercendo Ordinem, quem non habet dummodo ſcienter, & feriò, & ex officio miniſtret, reſoluunt Vgolin. *de irregularit. cap.* 37. Sayr. *de cenſur. lib. 7. cap.* 10. *num.* 1. Soar. *tom.* 5. *diſput.* 11. *ſect.* 3. *num.* 22. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *num.* 191. *verſ. ſexta*, Bonacin. *de cenſuris, diſput. 7. q. 3. puncto* 6. *num.* 1. quos refero Ego ipſe *in collectan. ad cap.* 1. *num.* 4. *de clerico non ordin. miniſtr.* vbi *num.* 6. quòd dicitur quis actum aliquem Ordinis exercere ſolemniter quando actus talis eſt vt ab alio non poſſit exerceri, quàm ab eo, qui talem Ordinem habet. Vnde Diaconum alba, & ſtola indutum, aquam ſolemniter in Eccleſia ad fontem benedicentem eſſe irregularem, cùm benedictio aquæ, & illius exorciſmus ſpectet ſolum ad Ordinem ſacerdotalem, tradunt Franc. Leo *d. part. 1. cap. 6. num.* 13. & Mari. Antonin. *var. reſol. lib. 3. reſol.* 16. *num.* 7. *verſ. ſecundus.*

*δ Dummodo non bigami*, &c.] Bigamum excludi à clericatu pluribus citatis iuribus firmat Bellet. *diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de diſciplina clericali*, §. 6. *num.* 1. quem refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg.* 49. *num.* 16. 3.

Acproinde non poſſe Eccleſiaſtica conſequi benefi- 4.
cia, tradunt Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. nu.* 193. Sayr. *de cenſur. lib. 6. cap. 5. num.* 9. Auil. *in ſimili tract. p. 7. diſput. 8. dub.* 1. Nicol. Garc. *de benef. p. 7. cap. 6. num.* 1. *&* 2. Filliuc. *tract.* 41. *de benefic. cap. 5. num.* 10.

Bigamum effectum bigamia interpretatiua, etiamſi 5.
antè conſtitutus eſſet in Ordine oſtiariatus, non poteſt mortua vxore diſpenſari per Epiſcopum vt in Ordine ſuſcepto miniſtret, tenet Sel. *in ſelect. canon. capitul.* 19. *num.* 6. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Feretrana* 13. *Aprilis* 1630.

Vtrùm autem & quando poſſit Epiſcopus diſpenſare 6.
in bigamia vera, ſeu interpretatiua, egi latè *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part. 2. alleg.* 49. *num.* 22. *cum ſeqq.* & ibi citatis addo Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſ. Neapolit. deciſ.* 331. *part.* 4. vbi quid dicendum quoad beneficia ſimplicia, Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. Regular. reſol.* 16. *à nu.* 12. vbi oſtendit an & quando Prælati Regulares poſſint diſpenſare cum ſuis Religioſis bigamis?

## *De Collegio puerorum in ſingulis Cathedralibus inſtituendo.*

## CAPVT XVIII.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Pueri qui in ſeminario recipiendi.*
3 *Pauperum filij.*
4 *Seminarij quatuor deputatos debet adhibere Epiſcopus in conſilium pro tota temporali adminiſtratione.*
5 *Seminarij deputati habent votum conſultiuum.*
6 *Conſilium duorum Canonicorum deputatorum in erectione ſeminarij non tenetur Epiſcopus ſequi.*
7 *Electio deputati ſeminarij ſufficit fieri per clerum ciuitatis.*
8 *Canonici duo ab Epiſcopo eligendi pro ſeminarij regulis & ſtatutis conficiendis, lucrantur diſtributiones dum ex hac cauſa abſunt.*
9 *Canonici electi ad ſeminarij adminiſtrationem perpetuò illam habere debent, nec remoueri poſſunt.*
10 *Vnio facta ſeminario abſque conſilio eorum quos hic iubentur adhiberi, non valet.*
11 *Vnio ſeminario nondum erecto fieri non poteſt.*
12 *Epiſcopus debet primùm ex ſua, & Capituli menſa contribuere ſeminario, & poſtea cogere alios.*
13 *Abbas habens proprium ſeminarium, non debet cogi contribuere ſeminario Epiſcopi.*
14 *Seminarij in contributione prius detrahenda ſunt onera.*
15 *Seminarij contributio anticipatè ſoluenda eſt.*
16 *A contributione ſeminarij nullus eximitur.*
17 *Seminario nihil ſoluitur de diſtributionibus quotidianis.*
18 *Seminario nihil ſoluitur de incertis, & de legatis pro celebratione Miſſarum.*
19 *Hoſpitalia data in titulum ſi habeant beneficia annexa, vel redditus Eccleſiaſticos pro ſeminario, contribuere tenentur.*
20 *Non procedit in hoſpitalibus in quibus ſunt bona laicorum.*
21 *Seminario debent contribuere beneficia exiſtentia in diœceſi.*
22 *Beneficiati beneficiorum collationis Monachorum tenentur contribuere ſeminario ſi ſint intra fines diœceſis.*
23 *Cardinales etiam Commendatarij tenentur contribuere ſeminario pro Abbatijs, & beneficijs eorum.*
24 *Clerici Cameræ Apoſt. exempti ſunt à contributione ſeminarij.*
25 *Confraternitates coguntur contribuere ſeminario pro his, quæ habent de bonis Eccleſiarum.*
26 *Seminario contribuere tenentur Eccleſiæ ſeculares, quæ non ſunt de menſa monaſteriorum.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

27 *Portio debita ſeminario ratione beneficiorum exigi poteſt poſt vnionem eiuſdem beneficij factam Regularibus, qui Mendicantium priuileijs gaudent.*

28 *Fratres Mendicantes ex redditibus beneficiorum monaſterijs annexorum ſeminario contribuere debent.*

29 *Monaſteria illa, quæ ad ſeminarium ſui Ordinis contribuunt, de eo quod ſupereſt, contribuere tenentur, etiam ſeminario.*

30 *Moniales non coguntur contribuere aliquam ſubuentionem ſeminario ſi beneficia non habeant vnita.*

31 *Fratres S. Ioannis Hieroſol. ſiue eorum vicarij in Parochialibus Religioni vnitis non poſſunt compelli ad contributionem ſeminarij.*

32 *Seminarij à contributione eximuntur omnes, & ſingulę perſonæ in beneficijs S. Ioannis Hieroſol. exiſtentes.*

33 *Beneficia ſimplicia, cuiuſcunque dignitatis fuerint, & qualitatis, poſſunt ſeminario vniri.*

34 *Beneficia ſimplicia quę non poſſunt ſeminario vniri.*

35 *Vnio facta ſeminario omnium beneficiorum ſimplicium non valet.*

36 *Seminario vniri non poſſunt Collegiatarum Canonicatus, quamuis ex conſuetudine non obligent ad reſidentiam.*

37 *Beneficia iuriſpatronatus etiam Eccleſiaſtici, necnon pertinentia ad prouiſionem inferiorum, non poſſunt ſeminario vniri.*

38 *Beneficia ſimplicia, quæ per mortem vacant, poſſunt vniri per Epiſcopum ſeminario, licèt eſſent reſeruata, ſeu affecta.*

39 *Beneficia Regularia non poſſunt ſeminario vniri.*

40 *Seminario debita portio ratione beneficiorum exigi poteſt poſt vnionem eiuſdem beneficij factam Regularibus, qui mendicantium priuilegijs gaudent.*

41 *Beneficia litigioſa vniri non poſſunt ſeminario.*

42 *Vniones beneficiorum reſeruatorum factæ ſeminario validæ ſunt, dummodo fierent ante ipſorum vacationem.*

43 *Vnio facta ſeminario de beneficio reſeruato eſt nulla.*

44 *Beneficia quæ iam vacauerant in menſe reſeruato, vel quæ aliàs ſunt indubitanter reſeruata, non poteſt Epiſcopus vnire ſeminario.*

45 *Beneficia ſi Epiſcopus ſeruata forma Concilij ſeminario vniuerit ante eius vacationem etiam in menſe reſeruato, vnio debet effectum ſortiri.*

46 *Cardinalis Epiſcopus habens indultum poteſt ante vacationem vnire ſeminario beneficium, quod obtinet familiaris Papę defuncti.*

47 *Beneficia prima vacatura per reſignationem ſimplicem, non autem per conditionalem in fauorem certæ perſonæ, vnire poteſt Epiſcopus.*

48 *Penſionarius tenetur pro rata penſionis ſoluere ſubſidium, & alia onera impoſita reſpectu fructuum beneficij.*

49 *Beneficiarius compellendus eſt pro penſione, quam ſoluit ſeminario contribuere, quamuis ſeminarium erectum eſſet poſt penſionis reſeruationem.*

50 *Seminarij occaſione poteſt taxa pro penſionibus detrahi, & exigi à Titularibus.*

51 *Seminario taxam ſoluere recuſantes poteſt Epiſcopus punire.*

52 *Epiſcopus an poſſit auctoritate ordinaria vniones beneficiorum ſeminario factas diſſoluere.*

53 *Scholaſtria conferenda eſt Doctoribus, vel Magiſtris, aut Licentiatis in ſacra Pagina, aut iure Canonico.*

54 *Non comprehendit Scholaſtrias exiſtentes in loco, in quo minimè erigendum eſt ſeminario.*

[a] 4. Tolet. c. 23. in eundem finem conſtituit. Geneſ. 8. Conc. Aquiſgra. cap. 135. Concil. Lateranen. ſub Leone 10. ſeſſ 9. de reformatione curię & aliorum.

[b] Conſtit. Alexandr. 3. part. 1. c. 18. & in 2. Later. c. 11.

CVm adoleſcentium ætas, [a] niſi rectè inſtituatur, prona ſit ad mundi voluptates ſequendas, & niſi à teneris annis ad pietatem & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines poſſideat, nunquam perfectè, ac ſine maximo, ac ſingulari propomodum Dei omnipotentis auxilio in diſciplina Eccleſiaſtica perſeueret, ſancta Synodus ſtatuit, [b] vt ſingulæ cathedrales, Metropolitanæ, atque in maiores Eccleſiæ, pro modo facultatum, & dięceſis amplitudine certum puerorum ipſius ciuitatis & diœceſis, vel eius prouincię, ſi ibi non reperiantur, numerum in collegio ad hoc prope ipſas Eccleſias, vel alio in loco conuenienti, ab Epiſcopo eligendo, alere, ac religiosè educare, & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtituere teneant. α *In hoc verò collegio recipiantur*, qui ad minimum duodecim annos, & ex legitimo matrimonio nati ſint, ac legere, & ſcribere competenter nouerint, & quorum indoles, & voluntas ſpem afferat, eos Eccleſiaſticis miniſterijs perpetuo inſeruituros. β *Pauperum autem filios* præcipuè eligi vult, nec tamen ditiorum excludit, modo ſuo ſumptu alantur, & ſtudium prę ſe ferant Deo & Eccleſiæ inſeruiendi. Hos pueros Epiſcopus in tot claſſes, quot ei videbitur, diuiſos, iuxta eorum annum, ætatem ac in diſciplina Eccleſiaſtica progreſſum, partim cum ei opportunum videbitur, Eccleſiarum miniſterio addicet, partim in collegio erudiendos retinebit, aliòſque in locum eductorum ſufficiet, ita vt hoc collegium Dei miniſtrorum perpetuum ſeminarium ſit. Vt verò in eadem diſciplina Eccleſiaſtica commodius inſtituantur, Tonſura ſtatim, atque habtu clericali ſemper vtentur γ *Grammatices, cantus*, computi Eccleſiaſtici aliarumque bonarum artium diſciplinam diſcent, ſacram Scripturam, libros Eccleſiaſticos, homilias Sanctorum, atque Sacramentorum tradendorum, maximè quæ ad confeſſiones audiendas videbuntur opportuna & rituum ac cæremoniarum formas ediſcent. Curet Epiſcopus, vt ſingulis diebus Miſſæ ſacrificio interſint, ac ſaltem ſingulis menſibus confiteantur peccata, & iuxta confeſſoris iudicium ſumant corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, cathedrali, & alijs locis Eccleſiæ diebus feſtis inſeruiant. Quæ omnia, atque alia, ad hanc rem opportuna, & neceſſaria Epiſcopi ſinguli δ *cum conſilio duorum Canonicorum* ſeniorum, & grauiorum, quos ipſi elegerint, prout Spiritus ſanctus ſuggeſſerit, conſtituent, eaque vt ſemper conſeruentur, ſæpius viſitando operam dabunt. Dyſcolos, & incorrigibiles, ac malorum morum ſeminatores acriter punient, eos etiam, ſi opus fuerit, expellendo, omniaque impedimenta auferentes, quæcumque ad conſeruandum, & augendum tam pium, & ſanctum inſtitutum pertinere

tinere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tinere videbuntur, diligenter curabunt. Et quia ad collegij fabricam inſtituendam, & ad mercedem præceptoribus & miniſtris ſoluendam, & ad alendam iuuentutem, & ad alios ſumptus certi reditus erunt neceſſarij, vltra ea, quæ ad inſtituendos vel alendos pueros ſunt in aliquibus Eccleſijs, & locis deſtinata, quæ eo ipſo huic Seminario ſub eadem Epiſcopi cura applicata cenſeantur, ε *ijdem Epiſcopi cum conſilio* duorum de Capitulo, quorum alter ab Epiſcopo, alter ab ipſo Capitulo eligatur, itemque duorum de Clero ciuitatis, quorum quidem alterius electio ſimiliter ad Epiſcopum, alterius verò ad clerum pertineat: ζ *ex fructibus integris menſæ Epiſcopalis*, & Capituli, & quarumcumque dignitatum, perſonatuum, officiorum, η *præbendarum*, portionum, Abbatiarum, & Prioratuum, cuiuſcumque Ordinis etiam Regularis, aut qualitatis, vel conditionis fuerint, θ *& hoſpitalium*, quæ dantur in titulum, vel adminiſtrationem, iuxta conſtitutionem Concilij Viennenſis, quæ incipit,[c] Quia contingit, ι *& beneficiorum quorumcumq;* etiam Regularium, etiamſi iuris patronatus cuiuſcumque fuerint, etiamſi exempta, etiamſi nullius diœceſis, vel aliis Eccleſiis, monaſteriis, & hoſpitalibus, & aliis quibuſuis locis piis, etiam exemptis annexa, & ex fabricis Eccleſiarum, & aliorum locorum, etiam ex quibuſcumque aliis Eccleſiaſticis reditibus, ſeu prouentibus, etiam aliorum collegiorum, in quibus tamen Seminaria diſcentium, vel docentium [d] ad commune Eccleſiæ bonum promouendum actu non habentur, hęc enim exempta eſſe voluit, præterquam ratione redituum, qui ſuperflui eſſent vltra conuenientem ipſorum Seminariorum ſuſtentationem, ſeu corporum, κ *vel confraternitatum*, quæ in nonnullis locis ſcholæ appellantur, λ *& omnium monaſteriorum*, non tamen mendicantium, etiam ex decimis quacumq; ratione ad laicos, ex quibus ſubſidia Eccleſiaſtica ſolui ſolent, & milites cuiuſcumq; militię, aut Ordinis, pertinentibus, μ *fratribus ſancti Ioannis Hieroſolymitani dumtaxat exceptis*, partem aliquam, vel portionem detrahent, & eam portionem ſic detractam, necnon ν *beneficia aliquot ſimplicia*, cuiuſcumque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam præſtimonia, vel præſtimoniales portiones nuncupatas, etiam ante vacationem, ſine cultus diuini & illa obtinentiū præiudicio, huic collegio applicabunt, & incorporabunt, quod locum habeat, ξ *etiamſi beneficia ſint reſeruata*, vel affecta, ο *nec per reſignationem ipſorum* beneficiorum, vniones & applicationes ſuſpendi, vel nullo modo impediri poſſint, ſed omnino quacumque vacatione, etiam ſi in Curia effectum ſuum ſortiantur, & quacumque conſtitutione non obſtante. Ad hanc autem portionem ſoluendam, beneficiorum, dignitatum, perſonarum, & omnium, & ſingulorum ſuprà commemoratorum poſſeſſores, non modo pro ſe, π *ſed pro penſionibus*, quas alijs forſan ex dictis fructibus ſoluerent, retinendo tamen pro rata, quidquid pro dictis penſionibus, illis erit ſoluendum, ab Epiſcopo loci per cenſuras Eccleſiaſticas, ac alia iuris remedia compellantur, etiam vocato ad hoc, ſi videbitur, auxilio brachij ſæcularis, quibuſuis, quo ad omnia & ſingula ſupradicta priuilegijs, exemptionibus, etiam ſi ſpecialem derogationem requirerent, conſuetudine etiam immemorabili, quauis appellatione, & allegatione, quæ executionem impediat, non obſtantibus. Succedente verò caſu, quo per vniones effectum ſuum ſortientes, vel aliter Seminarium ipſum in totum, vel in partem dotatum reperiatur, tunc portio ex ſingulis beneficijs, vt ſuprà detracta, & incorporata ab Epiſcopo, prout res ipſa exegerit, in totum vel pro parte remittatur. Quod ſi cathedralium & aliarum maiorum Eccleſiarum Prælati in hac Seminarij erectione, eiuſque conſeruatione negligentes fuerint, ac ſuam portionem ſoluere detrectauerint: Epiſcopum Archiepiſcopus, Archiepiſcopum, & Superiores Synodus prouincialis acriter corripere, eoſque ad omnia ſupradicta cogere debeat, & vt quamprimum hoc ſanctum, & pium opus, vbicumque fieri poterit, promoueatur, ſtudioſè curabit. Ratione autem reddituum huius Seminarij Epiſcopus annis ſingulis, accipiat, præſentibus duobus à Capitulo, totidem à Clero ciuitatis deputatis.

[c] Cap quia contingit de relig. domibus in cle. lib. 3. tit. 21. cap. 2. ſuprà ſeſſ. 7. c. 15. de reform.

[d] Cap. fin. de mag. & c. cum ex eo. de elect. in 6.

Deinde, vt cum minori impenſa huiuſmodi ſcholis inſtituendis prouideatur, ſtatuit ſancta Synodus Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & alij locorum Ordinarij, ſcholaſterias obtinentes, & alios, quibus eſt lectionis, vel doctrinæ munus annexum, ad docendum in ipſis ſcholis inſtituendos per ſe ipſos, ſi idonei fuerint, alioquin per idoneos ſubſtitutos ab eiſdem ſcholaſticis eligendos, & ab Ordinarijs approbandos etiam per ſubtractionem fructuum, cogant, & compellant. Quod ſi iudicio Epiſcopi digni non fuerint, alium, qui dignus ſit nominent, omni appellatione remota. Quod ſi neglexerint, Epiſcopus ipſe deputet. Docebunt autem prædictis, quæ videbuntur Epiſcopo expedire. Dę cetero verò officia, vel dignitates illæ, ρ *quæ Scholaſtriæ dicuntur, non niſi Doctoribus*, vel Magiſtris, aut Licentiatis in ſacra pagina, aut in iure Canonico, & alijs perſonis idoneis, & qui per ſeipſos id munus explere poſſint, conferantur, & aliter facta prouiſio nulla ſit, & inualida, non obſtantibus quibuſuis priuilegijs, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Si verò in aliqua prouincia Eccleſiæ tanta paupertate laborent vt collegium in aliquibus erigi non poſſit, Synodus Prouincialis, vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus Suffraganeis in Eccleſia Metropolitana, vel alia prouinciæ Eccleſia commodiori vnum, aut plura collegia, prout opportunum iudicabit, ex fructibus duarum, aut plurium Eccleſiarum, in quibus ſingulis collegium commodè inſtitui non poteſt, erigenda curabit, vt pueri illarum Eccleſiarum educentur.

In Eccleſijs autem, amplas diœceſes habentibus, poſſit Epiſcopus vnum vel plura in diœceſi, prout ſibi opportunum videbitur, habere Seminaria, quæ tamen ab illo vno quod in ciuitate erectum & conſtitutum fuerit, in omnibus dependeant.

Poſtremò, ſi vel pro vnionibus, ſeu proportionum taxatione, vel aſſignatione, & in corruptione, aut qualibet alia ratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam huius Seminarij inſtitutio, vel conſeruatio impediretur, aut perturbaretur, Epiſcopus cum ſuprà deputatis, vel Synodus prouincialis pro regionis more, pro Eccleſiarum, & beneficiorum qualitate, etiam ſuprà ſcripta, ſi opus fuerit, moderando

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rando, aut augendo, omnia & ſingula, quæ ad felicem huius Seminarij profectum neceſſaria, & oppor-
tuna videbuntur, decernere, ac prouidere valeat.

1. VIde Archiep. Bononien. ſiue *de Bononienſis Eccleſiæ ad-
miniſtrat. part. 4. ſub tit. de ſeminario pag. 255. cum ſeqq.*
Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 1. c. 16. num. 8. cum ſeqq.* Gonzal. *ad
reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 7. nu. 68. cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epi-
ſcop. part. 1. verb. ſeminarium,* Piaſec. *in ſimili praxi part. 2. c. 2.
n. 5. pag. 112. & ſeq.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerũ fori Eccleſ. deciſ.
484. in 2. edit.* aliàs *reſol. 380. in 2. edit. & in deciſion. curiæ Ar-
chiep. Neapolit. p. 4. deciſ. 196.* Monet. *de diſtrib. quotid. part. 3.
q. 3. nu. 13. cum ſeqq.* Aldan. *in compendio canon. reſolut. lib. 1.
tit. 18. ex num. 1.* Sel. *in ſelectis canonicis c. 10. ex n. 5.* metip-
ſum *de officio & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 77.* Valenzuel. *conſ.
22. tom. 1.* Petro Bollo *in œconomia Canon. claſſ. 3. c. 5. §. 8. pag.
530.* Alzed. *de præcellentia Epiſcop. dign. part. 2. cap. 9. num. 49.*
Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 30. num. 47. cum ſeqq.* Nauar. *in lu-
cerna Regul. verb. ſeminarium,* Aluarez de Velaſco *in tract.
de priuileg. pauperum part. 1. q. 4. §. 2. num. 127.* D. Felician. de
Vega *ad c. cum non ab homine, à num. 59. de iudic. & ad cap.
cùm ſit generale num. 51. de foro comp.*

2. α *In hoc verò Collegio recipiantur,* &c.] Vide. Paul. Fuſc. *d.
cap. 16. num. 14.* Zerol. *d. verb. ſeminarium §. 3.* metipſum *d.
alleg. 77. num. 34.* Et de educatione puerorum multa tra-
dit Lorin. *in Acta Apoſtolorum cap. 7. verb. 22.* Narbona *l. 31.
gloſſ. 2. à princip.* & præcipuè *num. 4. tit. 7. lib. 1. nouæ Recopi-
lat.* & quòd ſeminaria ſunt introducta pro bona & exem
plari educatione & eruditione adoleſcentium, qui in eis
recipiuntur, & pro bono publico diœceſum, & Eccleſia-
rum ſeruitio, & augmentum diuini cultus, tradunt Petr.
Bollo *in œconomia Canon. claſs. 3. §. 8. pag. 530.* Petr. Gregor.
*de benefic. c. 20. num. 14. in fine.* Valenzuel *d. conſ. 22. num. 41.*

3. β *Pauperum autem filios,* &c.] Dum pauperum filios in
ſeminario recipiendos admonet, non excludit diuites,
modò ſuo ſumptu alantur; ita Zerol. *dict. ver. ſeminariũ §. 2.*

γ *Grammatices, cantus,* &c.] Vide Zerol. *d. verb. ſemina-
rium § 4.* vbi tradit hos, qui in ſeminario ſunt recipiendi,
debere Grammaticam, cantum, & computa aliarumque
bonarum artium diſciplinam ediſcere.

4. δ *Cum conſilio duorum Canonicorum,* &c.] Seminarij qua-
tuor deputatos debet adhibere Epiſcopus in conſilium
pro tota temporali adminiſtratione ſeminarij, excepta
exactione, quæ ad ſolum Epiſcopum ſpectat, non tamen
tenetur eorum ſequi conſilium, refert deciſum Nicol.
Garc. *de benefic. part. 12. cap. 2. num. 191.* Aloyſ. Ricc. *d. reſo-
lut. 380. num. 3.*

5. Seminarij deputati, & alij officiales habent votum
conſultiuum, non autem deciſiuum, Aldan. *d. tit. 18. num.
3.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutũ *ſub die 13. Januarij* 1620.

6. Conſilium duorum Canonicorum deputatorum in
erectione ſeminarij, licèt Epiſcopus teneatur requirere,
non tamen tenetur eorum conſilium ſequi, vt refert de-
ciſum Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 46. num. 74.*

7. Seminarj deputati electio ſufficit fieri per clerum ci-
uitatis, & poteſt Epiſcopus erigere plura ſeminaria in il-
lis locis, quę non fuerunt taxata, vt per Aldan. *d. tit. 18. n.
3.* vbi aſſerit ita deciſum *in Lucana 19. Nouembris* 1616.

8. Hos duos Canonicos ab Epiſcopo eligendos ad con-
ſilium in conficiendis regulis, ac ſtatutis ſeminarij Cle-
ricorum ſi quando ea de cauſa ſine fraude tempore di-
uinorum officiorum eos abeſſe ſimul cum Epiſcopo cõ-
tingat, priuandos non eſſe quotidianis diſtributionibus
tanquam abſentes propter Eccleſiæ vtilitatem ex officio
ſibi attributo, reſoluit Monet. *de diſtribut. quotid. p. 2. q. 8.
num. 17.*

9. Canonicos electos ad ſeminarij adminiſtrationem
perpetuò illam habere debent, nec remoueri poſſunt,
niſi ex legitima, & iuſta cauſa, refert deciſum Galet. *in
margarita caſuum conſcient. verb. Canonicus pag. 30. col. 1.* Ego
ipſe *d. alleg. 77. num. 31.*

10. ε *Iidem Epiſcopi cum conſilio,* &c.] Vnionem factam ſe-
minario abſque conſilio eorum, quos iubet text. in præ-
ſenti adhiberi, non valere, reſoluit Franciſ. Leo *d. cap. 16.
num. 25.*

11. Vnionem factam ſeminario nondum erecto fieri nõ
poſſe, & ad hunc effectum requiri præparationem do-
mus conductæ, vel emptæ, & introductionem puero-
rum, cenſuit Rot. *deciſ. 361. num. 3. cum ſeqq. part. 2. recent.
& in vna Adiacen. beneficij 15. Aprilis 1622. coram Reueren-
diſſimo D. meo Coccino Decano,* latè proſequuntur Aloyſ.
Ricc. *d. reſol. 380. num. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 12. cap.
2. num. 193. cum ſeqq.* & admittit Gonzal. *ad reg. 8. Cancel.
gloſſ. 5. §. 7. num. 68.* qui licèt *num. 74.* teneat quod ceſſante
fraude vnio facta ſeminario nondum erecto valeat,
quem ſequitur Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 248.
num. 71. & cap. 358. num. 5.* tamen iſta ſententia, vt aduer-
tit Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 196. in fine,* eſt contra ſenten-
tiam Rotæ, refero Ego ipſe *d. allegat. 77. num. 25.* Valen-
zuel *d. conſ. 22. num. 3.* & ex Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum quo-
tid. par. 3. reſol. 417.* aduertit D. Felician. de Vega Archiep.
Mexican. *ad cap. cùm non ab homine 10. num. 60. de iudic.*
quòd ſcilicet ſeminaria, quorum muri tantùm cœpti
ſunt, abſque eo quòd abſoluti.

ζ *Ex fructibus integris menſæ Epiſcopalis,* &c.] Epiſcopum
debere primùm ex ſua, & Capituli menſa contribuere 12.
ſeminario, & poſtea cogere alios ad contribuendum
ſuo exemplo, teneo Ego ipſe *d. alleg. 77. num. 2.*

Seminario contribuere cogi non debet Abbas, qui in
ſuo territorio, & iuriſdictione prius ſeminarium propriũ 13.
erexerat, & prouiſum retinebat, ita Sel. *d. c. 10. num. 7.* vbi
aſſerit deciſum *ſub die 30. Martij* 1594.

In contributione ſeminarij priùs detrahendum eſt
totum id, quod ex cauſa oneris perpetui, puta quarta 14.
fructuum, quæ ſoluitur Cameræ Apoſtol. & ſimilium,
ſoluendum eſt, vt per Sel. *d. c. 10. num. 8.* vbi dicit ita fuiſſe
reſolutum *in Cauen. 17. Nouembris* 1629.

Contributio ſeminarij anticipatè ſoluenda eſt de qua-
drimeſtri in quadrimeſtre, vt per Sel. *d. cap. 10. num. 9.* vbi 15.
refert deciſum per S. Congreg. Epiſcoporum & Regul.
*ſub die 8. Martij* 1588.

A contributione ſeminarij nullus eſt exemptus, niſi 16.
qui nominatim à Concilio excipiuntur, ita vt Cardina-
les etiam cogi poſſint ad contribuendum ſeminario de
fructibus beneficiorum, quæ habent in diœceſi in qua
eſt ſeminarium, Sel. *d. cap. 10. num. 11.* vbi tenet ſic fuiſſe
reſolutum *ſub die 11. Januarij* 1601.

η *Prębendarum.*] Seminario nihil ſoluitur de diſtribu- 17.
tionibus quotidianis à præbendis diſtinctis, ita Zerol. *in
praxi Epiſcop. part. 1. verb. diſtributiones §. 5.* Gonzal. *ad reg. 8.
Cancel. §. 7. procem num. 170. cum ſeqq.* Monet. *de diſtribut.
quotidian. part. 3. quæſt. 9. num. 14.* Ego ipſe *d. alleg. 77. num. 13.*
Sel. *d. cap. 10. num. 12.* vbi refert *in vna Lucana 5. Iulij* 1628.
*ad 2.* portionem non detrahi ex diſtributionibus quoti-
dianis pro conſtructione, & ſuſtentatione ſeminarij.

Nec de illis, quæ in incerto, vt in eleemoſynis piorum 18.
& ſimilibus conſiſtunt, prout refert deciſum Piaſec. *in
praxi Epiſcop. part. 2. cap. 2. num. 5. in fine.* Et ſic nec de emo-
lumentis prouenientibus, & legatis relictis pro celebra-
tione Miſſarum, ex Sel. *d. c. 10. num. 14.* vbi aſſerit ita reſo-
lutum *in Cauen. 17. Nouembris* 1629.

θ *Et hoſpitalium.*] Hoſpitalia data in titulum, vel admi-
niſtrationem, ſi habeant beneficia annexa, vel redditus, 19.
aut prouentus Eccleſiaſticos, pro ſeminario contribuere
teneri referunt deciſum Zerol. *part. 1. verb. hoſpitale, verſ.
decimum dubium,* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſ. Nea-
pol. deciſ. 196. nu. 6. 7. & 8. part. 4.* Ego ipſe *d. alleg. 77. num. 6.*

Sed non procedere in hoſpitalibus, quæ adminiſtran- 20.
tur à laicis, & in quibus ſunt bona laicorum, quæ data
non ſunt in titulum, commendam, ſeu adminiſtrationẽ,
refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauar-
ræ lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 2. de hoſpital. num. 13.* vbi *num. 15.* etiam
teſtatur reſolutum hoſpitale vnius diœceſis habens be-
neficium annexum, quod eſt alterius diœceſis, teneri
contribuere pro rata fructuum beneficij annexi ſemi-
nario, quod eſt in diœceſi in qua ſitum eſt beneficium,
de quo latè Fuſc. *d. cap. 16. nu. 10.* Et reſoluit Thom. Noni.
*conſ. 61. in c. duo ſunt,* quem refert Stephan. VVeyms *ad
conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil.
Trident. innouatas; conſtit. 16. num. 26. pag. 180.* quod hoſpi-
talis

talia huiuſmodi, quæ ſic gubernantur à laicis,& propriè
effecta non ſunt Eccleſiaſtica, nec religioſa, non con-
tineri ſub hoc decreto,nec obnoxia eſſe ſubſidijs Eccle-
ſiaſticis.

21. *ι Et beneficiorum quorumcunque*,&c.] Seminario contri-
buere debent beneficia in diœceſi exiſtentia, licèt ha-
beant bona in alia diœceſi, Aldan. *d.tit.* 18. *num.*16.vbi
dicit ita reſolutum *in Caputaquen.*23. *Iunij* 1586.

22. Seminario contribuere tenentur beneficiati benefi-
ciorum collationis Monachorum ſi intra fines diœceſis
ſint, Aldan.*d.loco num.* 17. vbi affirmat deciſum *in Capu-
taquen.*4.*Febr.*1593.

Cardinales etiam Commendatarij tenentur contri-
23. buere ſeminario pro Abbatijs,& beneficijs eorum,iux-
ta taxam ab Epiſcopo & deputatis factam ita Aldan.
*dict tit.*18.*num.*5.vbi refert deciſum *in Tudertina* 15. *Apri-
lis* 1628.& priùs *in Adrien,* 3. *Decembris* 1622.

24. Clerici tamen Cameræ Apoſt. exempti ſunt a con-
tributione ſeminarij ratione beneficiorum quæ obti-
nent, ita Aldan. *vbi ſuprà*, referens ſic deciſum per S.
Congr.Epiſcop. *in Maceraten.* 12. *Maij*, *& in Peruſina* 17.
*eiuſdem* 1604.

25. *κ Vel confraternitatum.*] Confraternitates, quas non-
nulli vocant *Scholas*, coguntur contribuere ſeminario
pro his,quæ habent de bonis Eccleſiarum,& intuitu bo-
norum Eccleſiaſticorum,Sel.*d.cap.*10.*num.* 15. vbi ait ita
reſolutum *ſub die* 11.*Ianuarij* 1601.quamuis intra Regu-
larium Eccleſias exiſtant, ſi redditus habeant Eccleſia-
ſticos, teneri ſeminario contribuere, refero deciſum
Ego ipſe *d.alleg.*77.*num.*10.Et ideo quæ nulla habent be-
neficia Eccleſiaſtica annexa, aut prouentus Eccleſiaſti-
cos,non debent contribuere,licèt alij redditus habeant,
quia pro ſuſtentatione ſeminarij nihil poteſt detrahi ex
redditibus Confraternitatum,& hoſpitalium, niſi nomi-
ne beneficiorum annexorum,Sel.*d.cap.* 10. *num.* 16. vbi
aſſerit reſolutum *in Lucana* 5. *Iulij* 1628. *ad* 3.4. *&* 5. Et
Epiſcopus poteſt pro contributione ſeminarij taxare
bona Confraternitatum, quatenus ſint Eccleſiaſtica,
ex Sel. *citato loco*, vbi aſſerit reſolutum *in Signina* 18. *No-
uembris* 1628.

*λ Et omnium monaſteriorum, non tamen Mendicantium.*]
Vide Fr.Emman.*quæſt.regul.tom.*2.*q.*45.*art.* 2. *& quæſt.*66.
*art.* 3.

26. Seminario contribuere tenentur Eccleſiæ ſeculares,
quæ non ſunt de menſa monaſteriorum, tametſi ad eo-
rum inſtitutionem,& collationem pertineant, ex Aldan.
*d.tit.*18. *num.* 6. vbi dicit deciſum *in Caputaq.* 23. *Ianuarij*
1583.*&* 4.*Februarij* 1593

27. Portio debita ſeminario ratione beneficiorum exigi
poteſt poſt vnionem eiuſdem beneficij factam Regu-
laribus, qui Mendicantium priuilegijs gaudent, Sel. *d.
cap.*10.*num.*18.vbi aſſerit reſolutum *ſub die* 21. *Iulij* 1629.

28. Fratres Mendicantes ex redditibus beneficiorum
monaſterijs annexorum ſeminario contribuere debent
nec obeſt quòd prætendant ſe exemptos, quia videlicet
in illis lectiones Grammaticæ, & conſcientiæ caſuum
pro audiendis confeſſionibus quotidie habeantur, quia
non ſunt ob id exempta, ſed tantùm eius impenſæ ha-
bendam eſſe rationem, quæ ante Concil. fieri ſolebat
pro ſalarijs horum lectorum,& ea tanquam æs alienum
detrahenda, tenetur tamen ex reliquo ad contributio-
nem ſeminario ad ratam,ita Sel.*d.cap.* 10. *num.* 19.

29. Monaſteria illa, quæ ad ſeminarium ſui Ordinis con-
tribuunt,de eo quod ſupereſt contribuere tenentur,etiá
ſeminario Epiſcopi,Sel.*d.cap.*10.*num.*19. vbi refert deci-
ſum *in Monaſterien,*7.*Septembris* 1630.

30. Moniales non coguntur contribuere aliquam ſubuen-
tionem ſeminario, ſi beneficia non habeant vnita, Sel.
*d.cap.*10.*num.*19.vbi aſſerit ſic fuiſſe deciſum *in Hieracen.
de anno* 1593.

Mendicantium nomine qui veniant dixi latè *in tract.
de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignif.appell,*253.

*μ Fratribus S.Ioannis Hieroſol.dumtaxat exceptis.*]Refert
Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gloſſ.*8.*num.*53.

31. Fratres S. Ioannis Hieroſol. ſiue eorum Vicarij in
Parochialibus Religioni prædictæ vnitis, & ab ea depẽ-
dentibus non tenentur,neque compelli poſſunt ad con-
tributionem ſeminarij,neque ad ſolutionem Cathedra-
tici Synodatici,ſiue charitatiui ſubſidij,Sel.*d.cap.*10.*num.*
20.vbi teſtatur ſic fuiſſe reſolutum *in Auguſtana* 4.*Decem-
bris* 1630.

Omnes enim & ſingulæ perſonæ in beneficijs S. Ioã- 32.
nis Hieroſolymitani quomodolibet exiſtentes à ſemina-
rij clericorum contributione in qualibet ciuitate iuxta
ſacri Concilij decretum erecti, ſeu erigendi eximuntur
per Bullam Gregorij XIII. incip. *Quo magis*, *ſub die* 23.
*Martij* 1580.relatam inter priuilegia Religionis *pag.*57.

*ν Beneficia aliquot ſimplicia*, &c.] Beneficia ſimplicia, 33.
cuiuſcumque dignitatis fuerint,& qualitatis, poſſe ſemi-
nario vniri, vt commodè regi valeat; ſine tamen præ-
iudicio obtinentium,etiamſi eſſent affecta, aut in curia
effectum ſortirentur reſoluit Fuſc. *d. cap.* 16.*num* 9.

Non poſſe tamen ſimplicia beneficia ad collationem 34.
inferiorum ſpectantia, neque Canonicatus, neque be-
neficia iuriſpatronatus etiam Eccleſiaſtici,neque bene-
ficia Sedi Apoſtolicę reſeruata poſt illorum vacationem
neque præterea vacantia in menſe reſeruato per Epi-
ſcopum ſeminario vniri, referunt deciſum Molſeſ. *in
ſumm.Theolog.moral.tract.*6.*cap.*14. *à num.* 62. Franc. Leo
*in theſauro fori Eccleſ.part.*2.*cap.*16 *num.*23.

Verùm vnio facta ſeminario omnium beneficiorum 35.
ſimplicium non valet, vt referunt deciſum Aloyſ. Ricc.
*in praxi rerum fori Eccleſ.deciſ.*492.*&* 720.*in* 1 *edit.* alijs *re-
ſol.*383. *num.*4.*& reſol.*610.*num.*10 *in* 2.*edit.* Molſeſ. *d. cap.*
14.*num* 60.Ego ipſe *d.alleg.*77. *num.* 29.

Seminario vniri non poſſunt Collegiatarum Canoni- 36.
catus, quamuis ex conſuetudine non obligent ad reſi-
dentiam, quia Concil. in præſenti non loquitur de his
beneficijs ſimplicibus,Sel.*d.cap.*10.*num.*21.vbi refert ſic
fuiſſe deciſum per S. Congr. Epiſcop. *in Aquilana* 27.
*Martij* 1590.

Beneficia iuriſpatronatus etiam eccleſiaſtici, necnon 37.
pertinentia ad prouiſionem inferiorum, reſidentiam
requirentia Regularia, & quæ commendata ſunt, ſeu
monaſterijs vnita,aut annexa, vniri non poſſunt, vt re-
fert deciſum Nicol.Garc.*de benefic.part.*12.*cap.*2.*num.*210.

Beneficia ſimplicia,quæ per mortem vacant, poſſunt 38.
vniri per Epiſcopum ſeminario,licèt eſſent reſeruata,vel
affecta, niſi tamen alia beneficia, quæ iam vacaſſent in
menſe ſuo, ſcilicet Epiſcopi prædicti,& quorum collatio
ad ipſum ſpectabat, non ſeminario vniuiſſet, ſed alijs
contuliſſet, vel eandem vnionem factam non continuò
enuntiaſſet; etenim ſi beneficia in ſuis menſibus vacan-
tia non vniuerit,nec vacantia in menſibus reſeruatis vni-
re poterit,cùm fraus in hoc cenſeatur, vt refert deciſum
Nicol.Garc.*d.cap.*2.*num.*104.

Beneficia Regularia ſiue dentur in titulum, ſiue in 39.
Commendam,non poſſunt ſeminario vniri; ſecus vero
ſi ſtatum mutauerint,Sel.*d.cap.*10.*num.* 23. vbi aſſerit re-
ſolutum *in Caputaquen.*26.*Iulij* 1586.

Seminario debita portio ratione beneficiorum exigi 40.
poteſt poſt vnionem eiuſdem beneficij factam Regula-
ribus,qui Mendicantium priuilegiis gaudent, Sel. *d. cap.*
10.*num.*25.vbi ſic refert deciſum *ſub die* 21. *Iulij* 1629.

Regulam 12. Cancellariæ reuocatoriam vnionum
non procedere, nec habere locum in vnionibus factis
ſeminarijs,reſoluunt Flamin.*de reſignat.lib.* 2.*q.*9.*num.*18.
*& ſeq.*Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel.*§.7.*gloſſ.* 5.*num.* 46. *& ſeq.*
dicens quòd ſeruantur,& excipiuntur vniones,quæ fiunt
pro fundatione,dotatione,augmento,vel conſeruatione
Collegiorum, & piorum locorum, & Religioſorum ad
Fidei Catholicę defenſionem,& propagationem, bona-
rumque artium cultum,refert Valenz.*d.conſil.* 22.*nu.* 54.
*&* 55.

*ξ Etiamſi beneficia ſint reſeruata.*] Non tamen concedit 41.
facultatem vniendi litigioſa, quia aliud eſt beneficium
reſeruatum,aliud litigioſum,vt per Nicol. Garc. *de benef.
p.*1.*c.*5.*nu.*155. in puncto Rot. *in Corduben. præſtimonij* 13.
*Ianuarij* 1623.*coram bonæ mem.Patriarcha Manzanedo.*

Vniones beneficiorum reſeruatorum validæ ſunt, 42.
modo factæ fuerint ante ipſorum vacationem, ſeruata
forma à Concil. Trident. præſcripta, vt refert deciſum

Nicol.